



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Magistri Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>


Coloniæ, 1613


[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48543)



Th. 2844.

f. III
29.





ADMODVM REVEREN-
do & Religioso in Chri-
sto Patri, D.

TILMANN O
CLOV T,

I. V. DOCTORI, ET CAR-
tufianæ Domus Agrippinæ Colo-
niæ intra Muros Priori
meritissimo.

S. P.



*I quo R. P. interminæ
Beatitatis summo bono
ardentibus frus votis
mortalium exoptant in-
genia; ad id summâ ope animorû per
culturam contēderent, melius se res
humana haberent. Bonus quippe o-
mnigena virtutis omni in loco odor
spiraret; emortua iacerent vitia. at
quia calent vota, & languēt studia,
steriles tantum non dominantur a-
uena. herbescūt inquā passim ma-
la,*

EPISTOLA

la. exarescunt bona. O infirma humanitatis! vult & non vult. quæ malum istac pigredo est! æternabilis amat vitæ donum; temporarij refugit laboris onus. vult calicam potiri luce; non vult terrenam premi cruce. seculi amore prapostero transuersum agitur. terra adfixa hæret. ut se in altum non nunquam eleuet, quam mox proprio grauis subsidit pondere. stat diuisa: sollicita presentium, cupida futurorum. Plurimum ferè hæc fors est, qui in lenti mundi turbulentis undis vitam ducunt, non educunt. Melior longè Deo deuorum conditio est. vota factis student exæquare. ab illo qui supra est preparatore & incensore animorum animantur spe coronæ gloriæ, fugantis timorem, p̄ in laboris laudabili pertinaciâ tanquam in semente cluse. hinc exosculantur vias duras, in infirmitatibus roborantur. assiduâ exercitatione, fidei

DEDICATORIA.

deli manu ductione primo à flore
 componitur in virile robur. nã si sit
 quod velex intuitu atq. occurſu ma-
 gnorũ proficias; quid præſtabit ſoli-
 de virtutis perfectũ magiſteriũ, cõ-
 ſuetudo, cõtuberniũ? nõ ludent circũ
 præcordia. deſcendent in peçtus. totũ
 indubiè hominem occupabunt. cur-
 uatas trabes calor explicat, quid non
 continuo molimine religioſe intētus
 ac piè diligens vincat labor, ſalutis
 exantlatuſ gratia? maximè ubi non
 ad exemplar verborum tantum, ſed
 & factorum viuitur ubi auxiliatri-
 cis manus nõ deficit adiutorium. do-
 ctæ malo occurrere, & tentamento-
 rum ſubdolas peſtes ſeriarum mo-
 nitionum ſalutari medicamine ab-
 igere. firmare formareq. mētes om-
 nem hostis aduerſus inſultum proſi-
 cuis præceptionibus. Vbitantiã Vir-
 tutis ſchola? ubitam ſublimis Do-
 ctor? in religioſa perfectionis Aſce-
 terio.

EPISTOLA

ferio. Quid veritatis lucifuga, virtutis supplantator, sublestæ fidei obmurmurat Hæreticus? videat hîc incidē quâ virtutis magister cudit arma nō utēda nisi fortibus. Stupeat artē modūque inſtructionis tã excellentis, quâ obstetricate non ab impotenti tantum insultu in prauum protrudentes reprimuntur affectus; sed vera virtus perpetuum securūque gaudium tamquam perennem diē præstat. intercurrunt quidē nubes; sed non vincunt, sed infra feruntur. splendorē ut minuāt, non tollūt. cogitata hæc ardua sūt, facta difficiliora. fabulas putent, qui quæ sibi facilia factu arbitrantur equo animo accipiūt; supra veluti ficta pro falsis ducunt: Deo dilecta illa agmina religiosorum, instructa fortiter, educta masculè, probata durè. fidem dictis dabunt. Tantum momenti est in Inſtructione. ab eâ omne perfectionis
 incre-

DEDICATORIA.

incrementum pendet. Torpet illa? sordida atque desidia bonum otium coteretur. Viget? coalescent per omnem modum animorum vires. surgent apti spirituali militia viri. Non modicum opinor compedi huic rei adferet gemina haec quam Nouitiorum quam Magistriceorundem, à magno docto pio viro elaborata Instructio. Religiosum opus. intra Alpes id contineri non visum mihi è publico bono. eduxi & tui Reuerende Pater nominis inscriptione immensum illustravi. multa mouerunt. volui verum scriptionis seriae estimatorè, in ipso perfectionis stadio decurrendo nauiter exercitum. familia vestra hoc in genere inter primas familiam ducit, & tu in eà. eò te euexit adamatà medullitus humilitas, ostensà in arduis prudentià, irradians singula pietas. spreta claritudinis magnis olim Themisteà ex Doctoratus laureà adeptæ laboribus.

* 4

Hæc

EPIST. DEDICAT.

*Hæc sunt vicaria & succedanea de-
cora. præludia præmiorum sunt. ger-
minantes tumores sunt. florum im-
marcessibilem ac fructuum immor-
taliū indices. Perge modo ut cepisti
Ductor & Doctor esse tuis. me adfe-
ctu quo assolēs prosequere. Haueto.
Colonia. pridies. Matthiæ. 1013.*

R. Patern. Tuæ

Obseruantissimus.

Ioannes Crithius
Bibliop. Colon.

AL-

ALMAE CONGREGA-
tioni Sancti Eliæ Fratrum Dis-
calceatorum ordinis Bea-
tissimæ Virginis Ma-
riæ de Monte
Carmelo.

Fr. Ioannes à Iesu Maria. S.

A Pud Sapientes rerum spiritualium, ex-
pensores, constitutum est, Alma Con-
gregatio, ad primæuum penè collapsæ disci-
plinæ monasticæ statum restituendum, ido-
neos Nouitiorum Magistros in primis requi-
rendos. Reformationis quippe totius caput
est, bonos pueritiæ, ac adolescentiæ instru-
ctores habere: qui rudes animos è sæculo ad
claustra vocatos, velut stipites nuper è Sylua
cælos expoliant: & excisa ruditate, ad arcanā
claustræ fabricam, quasi ad ferculi Salomonis
structuram, artificiosè coaptent. Atque hoc
sanè idem expetendum est, vbi non tam de
collapsa disciplina instauranda, quàm de faustè
condita, vel reparata tuèda serio agitur: cum
à bonis Nouitiorum educatoribus rā ruinæ
reparatio, quàm constantis ædificij firmitu-
do dependeat. Placeat ergò votum hoc meū,
quo non nihil laboris, ad molem hanc status
Mo-

Monastici stabiliendam, contuli. Exiguum
est sanè, quod offero, si cum rerum pondere
comparetur: at exigua munera ex voti mag-
nitudine perpensa tibi, Alma Congregatio,
probanda non ambigo: præsertim, cum ex
genere quoque suo spectata, ad faustè cœptā
B. Virginis, ac Fundatricis tuæ Teresiæ dis-
ciplinam alendam, utcumque conferant.
Cœptis ergo insiste: & bonos satarum planta-
rum cultores, quorum peritia, & labore fec-
cunditas, & amœnitas tua in Ecclesiæ

Paradiso, feliciter crescat,
è cœlo precare.

Vale.

P. R. A.

PARS PRIMA

De Magistri virtutibus.

Cap. 1. De humilitate.



Vibus oporteat clare virtutibus eum, qui aliorum præceptor constituitur, Iesus Christus Sapiencia nostra disertè significauit aiens: Discite à me; quia mitis sum, & humilis corde: ac si planius sic effatus fuisset: Idoneus præceptor sum, vt à me discatis: rationem quæ subtexit dicens: Quia mitis sum, & humilis corde; quasi apertius diceret: Ratio, ob quam discipuli mei esse, & in doctrina mea discenda operam ponere debetis, in promptu est; quia non Magister superbus, & impatientis, sed affabilis, & mansuetus sum, ac proinde dulcissimo vos magisterio solabor & instruam. Ad hoc igitur exemplar Nouitiorum Magister formandus est: quocirca in eius instructione, hu-
a mili-

militas, & mansuetudo, primo loco tractandæ sunt. Humilitas velut virtutum cæterarum fundamentum hoc capite traderetur: mansuetudinem, capite secundo, trademus.

2. Quanam humilitate Magister præstare debeat, vel ex hac ratione perspiciatur, quòd Sapientia excellere debet: ea videlicet Sapientia, quæ latet prudentes huius sæculi filios. Omnino enim verum est, quanta vis doctrina, & ingenij perspicacitate quis polleat, non posse huius Magisterij partes explere, nisi diuino lumine illustretur; quod & rei tractandæ summa humanisque conatibus inaccessa difficultas, & experientia quotidiana cõuincunt. Illustrabitur autem, si humilis esse studuerit, sicut scriptum est: Abscondisti hæc à Sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

3. Magister ergo sibi persuadeat, frustra se conaturum quibuscumque dotibus præditus sit, nisi humilia de se cogitauerit, serioque senserit; & eo sui ipsius despectu, sibi diffidens, ad fontem Sapientiz, pro idonea ad discernendum

iudicium luce recurrerit. Eo quippè ipso, quòd sibi satis sapere videatur; aqua Dei vindicta, errare finetur, & ad aeternum lumen confugere non assuescens, in dies singulos, magis excæcabitur. Quicquid ergo didicerit, creberrimis humilitatis actibus, Iesu Christo subijciat; & stultum, ac ignarum se esse existimans, Sapientiam quotidianis precibus, & sacrificio postulet, ut à recto itinere aberrare minimè permittatur.

4 Suppetunt efficacissimæ rationes, & exempla ad hoc humilitatis studium amplectendum. Rationes in hunc modum indicamus.

Prima Ratio. Statuamus Magistrum Novitiorum esse planè doctissimum. Certè si doctrina præcellit, sciat necesse est, prauum esse cor hominis, & inscrutabile, soli què Deo finis illius multiplices patere. Quomodo ergo sine infuso Dei lumine, non humilium privilegium, Novitiorum corda, quæ explorare necesse est, perscrutabitur? Rationis huius pondus immensum est. Homines quippè sæculi vitijs & fraudibus

assueti, ij præsertim, qui sunt maiores natu, quorum conscientia solent esse laqueis multisimplicitæ, quomodo, absque peculiari Dei luce, quæ cordis oculos illustret, prudenter regentur?

5 Ratio secunda. Inter viros rerum diuinarum peritos constitutum est, clara ingenia, & doctrinis multis exculta, non modò, quando per incogitantiam in educatione Nouitiorum, quicquam attentarunt, verùm etiam, quando ex præmeditatione, id aggressa sunt in spirituum discretionem, siue directionem grauius errasse. Cùm igitur hoc perspectum, & experientia probatum sit, manifestum efficitur, aliquid defuisse, propter quod erratum sit. At non defuit ingenij vis, non doctrina, non præmeditatio. Defuit ergo lux cœlestis, & Spiritus sancti directio, qua humilia corda reguntur; ac eo ipso patet defuisse, Magistri humilitatem, quæ ope diuina, non suo quidem ingenio, vel doctrina niteretur.

6 Ratio tertia. Si Theologicè rem expendamus, certum est, præter habitum
scien-

scientiæ, & diuinam illius habitus conseruationem, sine qua in nihilum abiret, ad actualem scientiæ applicationem, Dei auxilium requiri, sine quo quantūuis egregia scientia, nullū actum produceret.

Quæ quidem Theologica ratio ubique vera est; at ubi agitur de actu supernaturali, non quocumque, sed eximio, ubi copiosius Dei lumen adesse deberet, manifestius suam vim, & veritatem ostendat. Iam igitur hac ratione posita, quis non videat, animos sibi fidentes, & ope diuina se ad actus frequentissimos egere, non adeo humiliter sentientes, tanquam oculis captos, in subtili rerum internarum iudicio hallucinatos? Profecto siue Magister sit doctrina excultissimus, siue mediocriter peritus, vnum superest ad errores vitandos remedium; vt scilicet, coram Diuina Maiestate se prosternat, & (quod ad regnum administrandum egit Salomon) humillimo sensu, Dei Sapientiam, & bonitatem imploret.

7 Non desunt ad rem confirmandam exempla permulta. Ioseph erat humil-

humillim^o corde; qui, postquã Aegyptij humiliauerunt in compedibus animam eius, agere Deo, constitutus est Aegypti Princeps, & aulae Phararaonis quasi Magister, vt eruderet principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Dauid erat similiter humillimus corde; qui accepto quoque regno dum saltaret coram arca fœderis dixit; Humilis ero in oculis meis. Propterea regno, & magisterio rerum diuinarum idoneus fuit, iam inde à principio, quando Deus cordium cognitor de post fœtates accepit eum, pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Sic non modò temporali administratione, sed mirabili diuini cultus amplificatione paut eos in innocentia cordis sui. Suppetunt exempla recetiora, nò tantũ Sancti Francisci, & Domini-
ci, quos bonos Nouitiorũ educatores humilitas vsque ad stuporẽ admiranda fecit; Sed aliorũ quoque, qui hac ætate nostra superstites sunt, vel paulò antè defuncti: quẽ à Magistris ignorari nò decet.

8 His ergo rationibus, & exemplis Magister ad humilitatis culum animum,

tur,

tur, & tria monita opportunissima, si
Nouitiorum cordibus potiri cupit, ob-
seruet. Primum, vt internos humili-
tatis actus frequenter exercent, pro-
priae cognitionis, & fragilitatis memor.
Secundum, vt nonnullos etiam exter-
nos humilitatis actus, inter discipulos
ipso obeat, vel ægrotantium cellas e-
uerrens, vel matulas, & trullas eluens,
vel obsoletas, lacerasque Nouitiorum
vestes refarciens, vel sordidos discipu-
lorum pedes lauans, vel similia alia hu-
militatis officia exequens: quæ certè
obsequia, si alacriter præstentur, ad
animos vehementer commouendos
plurimum valent. Tertium monitum
est, vt à quouis alio, à senioribus præfer-
tîm, & expertis discere, & sciscitari non
dedignetur. Quod si scire cupit, quo
pacto, & tria monita hæc, & alia quæ-
uis efficaciter obseruare possit, respon-
sio in promptu est: nimirum, vt virtu-
tem humilitatis plurimi faciat, & eius
honestatem, ac suauitatem assidue con-
templetur. Apparebit enim omni de-
core mundi formosior, & bonum tan-
ta pulchritudinis æstimatorem alliciet.

9 Poterit autem vti precatione hac ad pretiosissimam virtutē hanc impetrandam : Humillime Rex cordium Iesu Christe, per viscera misericordiæ tuæ, in quibus visitasti nos oriens ex alto, obsecro te, creare digneris in me cor humile, & purum, cupidissimum secretæ eruditionis tuæ : vt in schola humilium discipulorum tuorum, fiam dono tuo sapiens, ad regēdam, sine deceptione, nouellam prolem dulcissimæ genitricis tuæ.

Cap. 2. De Mansuetudine.

Dvo sunt, quæ ad Magistri functiones perfectè obeundas potissimùm requiruntur, doctrina scilicet plusquàm humana, & exemplum. Primum obtinetur humilitate, per quam, velut per quendam aquæductum Sapiencia cœlestis in animam vilia de se opinantem deriuatur, vt spiritus diuino plena pascat tyrones verbo : alterū præstat mansuetudo, quæ dum animum nullis occasionibus perturbari finit, & externam conuersationem sedatam, & moderatam producit, vtilissimum, & iucundissimum

Nouitiorum.

mum vitæ præbet exemplum . Cuius certè veritatis ratio satis per se perspicua est. Reddit enim mansuetudinis virtus hominem ab omnibus incompõsitis motibus ; quibus proximus offenditur, alienum : vt nec iniuria laceffitus , nec contumelijs affectus , nec importunis negotijs interpellatus, à sua tranquillitate dimoueat : quæ hominis planè cœlestis imago est.

2. Quàm sit autem cultura virtutis huius Nouitiorum Magistro necessaria, satis conuincitur verbis illis proximo capite è Christo allatis : Discite à me ; quia mitis sum . Christus enim , dum discipulos recenter vocatos , adhuc rudes erudiret, Magistrum sanè Nouitiorum ad viuum repræsentauit: vt neesse non sit, aliud Magistrorum exemplar intueri . Sed ad tractatus perfectionem rationes aliquot idem euincentes , producere consilium est.

3 Ratio prima hac in re . Qui laboriosum magistratum gerunt , & subeuntia tædia patiuntur , rebus quoq; politicè perpensis, siue Christiani , siue Infideles sint , enituntur simulatam sal-

tem aliquam mansuetudinem exhibere . Non enim ad superiores honores & lucra se ascensuros sperant , si impatienter agant , & negotiorum gestores irati deterreant . Neque opus est, veritatem hanc vniuersarum nationum consensione probatam, nimisq; notam alijs argumentis confirmare . Erit ergo è Magistri Nouitiorum , laboriosam præfecturam gerentis officio, non fictam , qualem , qui Deum non curant, sed veram, quæ imitatores IESV CHRISTI deceat , mansuetudinem, & corde concipere, & mitissimis actibus externis præ se ferre . Et quidem ratio hæc à genere petita est.

4 Ratio secunda, quæ ab specie gubernationis ducitur , & propinquior est. Neminem monasticæ disciplinæ peritum latere potest, functionem Magistri Nouitiorum esse operosissimam. Nul- lum quippè tempus siue diurnum, siue nocturnum ab accurata nouarum plantarum custodia excipiendum est: neq; vllum, in re rustica, culturæ genus reperitur, quod tam vigilem ac indefesum cultorem requirat. Ad sunt ingenia
mul.

multiplicia, hæc acria, illa languida, hæc dolosa, illa simplicia, hæc tarda, illa velocia: quæ tam longè discrepantia ad vnam methodum redigere, nimis laboriosum est. Ad sunt Nouitij rudes publicè, & priuatim erudiendi: ad sunt tentati roborandi, & instruendi: ad sunt malè affecti indulgenter interdum tractandi: ad sunt mortificationis incuriosi passim admonendi: ad sunt importunidentidem tolerandi.

Succedunt exercitia multiplicia inter se ferè contigua, quibus Magister debet interesse. Occurrunt innumere minutiores cæremonia, quas debet obseruare, & ad horas penè singulas, alijs inculcare. Redeunt in orbem sacre Confessiones, & communiones frequentissima.

Subest cura multiplex rerum temporalium, putà vestium, librorum, & aliorum similibus; subest & cura valetudinis, & variarum, quas percensere non possumus, sollicitudo, quæ valida quoque corpora facillè eneruat. Quæ certè omnia si quis in vnũ cõgerat, & alia plurima inopinata, quæ Magistro nolenti occurrunt, circumspiciat; fatebitur proculdubio

Magistrum Nouitiorum virtute mansuetudinis ita premunitum esse debere, vt ad omnem euentum paratus, etiam si iræ vel tristitiæ passionibus intus vexetur, exteriorem saltem mansuetudinis formam nunquam deponat.

5 Ratio tertia, petitur à grauissimis damnis, quæ ex mansuetudinis incuria nascuntur. Si enim Magister irasci assueuerit, per occasiones multiplices, quæ sibi iustæ videantur; cùm eæ occasiones ad horas singulas occurrant, profectò iram in consuetudinem vertet, & conuersationis dulcedinem ad moderandos aliorum animos summo-perè necessariam, in asperitatem operum, ac verborum trahet. Hinc exoritur animorum alienatio; nam qui mortificationis doctrinam nondum didicere, asperitate proculdubio terrebuntur. Hinc enascitur genus quoddam odij, quo Nouitij vexari incipiunt, nè consilia Magistri parum mitis amplectantur. Hinc existit multiplex tentatio, quæ multos à claustro in sæculum, ynde benè recesserāt, repel-

repellit. Hinc denique pullulat sylua malorum multorum, spirituales profectum impediendum, quæ veteranis monachis notissima est.

6 Etenim præter rationes efficacissimas ex clarissimis exemplis Magister edicet, se absque mansuetudine insigni non posse vtiliter præesse. Præfuit salubriter nouo Dei populo in vnum congregato Moyses: at erat vir mitissimus super omnes, qui morabantur in terra. Præfuit sanctè Dauid: at extant plura monumenta humilitatis, & omnis mansuetudinis eius. Præfuit gloriose monachorum Pater Benedictus: at ijs, qui venenum propinabant, nesciebat irasci. Præfuere cum laude ceteri disciplina monasticæ conditores, aut propagatores, quibus paruit contemptrix mundi iuuentus: at si quis eorum historias recolat, mitissimos animos admirabitur.

7 Curet ergò Magister Nouitiorum, CHRISTI mansuetudinem toto pectore haurire, & actibus externis repræsentare. Exhibeat vultum hilarem, ac mitem, qui nouorum fratrum ani-

mos alliciat . Nullis discipulorum cul-
pis irritatus ; nullis importunitatibus
victus , nulla fragilitate commotus,
nullam ruditatem fastidians , ita se ge-
rat ; vt nullus quantumuis morosus , &
rudis , scrupulosus , aut fragilis eum
adire , die , nocteꝫ vereatur . Quin
etiam studeat se adeò facilem omnibus
exhibere , vt Nouitij nullo negotio
animaduertere possint , se Magi-
strum mitem , Dei munere , fuisse for-
ritos . Hac enim facilitatis ostensione
mirificè illos capiet , & a duam Chri-
stianæ perfectionis viam , suauio-
& planiorem efficiet . Hac certè arte
corda lapidea , in carnea corda con-
uertet , & omnem seueræ discipli-
næ rigorem temperabit . Quia ve-
rò quamdiu mortales sumus , & oc-
casionibus præsertim iustis vrge-
mur , iræ ex imperio rationis exci-
tata locus patet , sicut scriptum est,
Ira scimini , & nolite peccare ; opor-
tet Magistrum irascendi modum ad-
discere , qui Nouitiorum culpas depel-
lat , & animos minimè alienet . Verùm
modum hunc accurata obseruatione
dignum

dignum , in proximo capite de charitate, & in subsequenti de zelo trademus.

* *Agitur de culparum correptione in capite de Charitate, & in capite de Zelo.*

Cap. 3. De Charitate.

1 **D**iuinæ charitatis virtus actus duos , quasi gemellos fratres ex vtero vno producit , amorem scilicet Dei , ac proximi . Hic verò non de actu illo , & velut filio primogenito, qui est Dei amor , agemus . Etsi enim Magister Nouitiorum diuini amoris debeat esse studiosissimus : tractatio tamen hæc amoris potius proximorum practicam doctrinam requirit.

2 Primùm ergò Magister consideret, se nouorum fratrum non patrem solummodo , sed matrem quoq; esse debere ; quo nihil aptius cogitare poterit , ad mensuram charitatis , qua flagrare debet , explendam . Si enim paterni simul ac materni amoris officia copulet , nihil desiderabitur

tur

tur ad sui officij, seu magisterij metam attingendam. Etenim parentes filijs in posterum thesaurizant: matres præsentis officio amoris fouent. In hunc igitur modum spiritualibus consilijs, & exercitijs Magister quasi pater Neuitios instruat, vt thesauros nondum apparentes in cælo recondant. Eisdem verò præsentibus charitatis obsequijs, velut mater consoletur, vt animis, corporibusq; medeatur.

3 Det operam, vt seipsum singulis at-
tèperet; singulorum curam affectu tenerrimo gerat: animæ simul & corpori pro necessitate, prouideat: sitq; non animo solum beneuolus, sed insigni etiam verborum, & operum ostensione beneficus, quemadmodum quoad affectus, verba, & opera sigillatim tradere paramus.

4 Quod ad affectus attinet, vt Magister officio satisfaciat, cor in Deum intendens, amore purissimo vnumquemque prosequatur, ita erga singulos benè affectus, vt ardentè admodum singulorum salutem, & perfectionem cupiat, eamq; à Domino, quotidianis

gemitibus flagitet. Omnino verò, altaris sacrificium, pro ijs, quorum gerit curam, per dies singulos, offerre meminerit, imitatione illius qui sacrificans dicebat: Ne fortè peccauerint filij mei.

5 Quòd si, propter culpas, teporem spiritus, ruditatem vel alias eius generis causas, sentiat amorem erga aliquem deferuescere; multo conatu, & orationis instantia, eam tentationem propulsare nitatur. Conijciat oculos in Magistrum cœlestem, ac dulcissimum Redemptorem nostrum, qui Apostolos rudes, abiectos, & multis etiam passionibus obnoxios, nunquam fastidiuit. Sed amavit eos, pertulit eos, & suauissima dilectione erudiuit eos.

6 E contrario, si aliqua de causa, puta ob eximiam virtutem, ingenij perspicitatem, aut alias naturæ, seu diuinæ gratiæ dotes, sentiat se in aliquem fieri propensiores, quàm in alios; attentè consideret, nè amoris modum excedat. Etsi enim is affectus ferri possit, quando ob egregiam sanctitatem, vel etiam

dotes

dotes alias bonas generatur, nec exui
possit, quoties libet; timendum est ta-
men, nè degeneret, ut cum bono spi-
ritu cœperit, spiritum non bono consu-
mmetur.

7 Quamdiu autem is affectus seruet (&
secluso eo singulari affectu vniuersè
quouis tempore, & loco, ubi ab alijs
possit deprehendi) cauere debet, nè
singulari verborum, & operum
ostensione, aliquem se præ alijs
amare significet. Nocebit enim alijs
vehementer, si rem hanc minùs cautè
perpenderit. Dum enim vni dunta-
xat, coram alijs eiusdem boni aui-
dis, beneficium confertur; agrè
ferunt alij, eo se priuari, & sibi
alium quemuis anteponi. Sit ergò
æquus Magister, & bonus boni com-
munis æstimator. Hæc de affectu.

8 Quod ad sermonem spectat, stude-
at Magister, siue priuatis in colloqui-
js, siue in communibus exhortationi-
bus, siue etiam in culparum correpti-
onibus, verba melle charitatis imbu-
ere, & sermonem spiritu lenitatis tem-
perare. Certoq; sibi persuadeat, ver-
borum

borum asperitatem, nedum contumeliosas increpationes, spirituali profectui viam præcludere. Aut enim eiusmodi verba corde summisso audiuntur, aut secus. Si secus, exploratum est, cor inde magis obdurari, & correptoris odium concipere. Si patienter audiantur, timor ut plurimum, non filialis, sed seruilis, ac proinde violentus generatur. Omnino autem compertum est, ad perfectam charitatem eo timore corda parùm proficere.

9 Si autem lenis sermo sit, ita ut non præceps aliqua passio, sed Christi charitas eum proferre videatur; sensim illabitur in cor, & illud emollit. Asperiora quippè verba, quasi iacula cor elidit, ne vulneretur; lenia verò, quasi mollia quædam fomenta libenter accipit. Quocirca Iesus Christus ipse Magistrorum exemplar, suavissimis potius instructionibus, quàm increpationibus rudes adhuc discipulos erudiebat. Cuius in schola Paulus eruditus methodum correptionum præscripsit aies: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo de-

delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Non inquit, arguite, corripite, vel aliquid eiusmodi, sed instruite. Neque inquit Vos instruite sed, Vos qui spirituales estis, instruite: ac si apertius dixisset, non esse virorum spiritualium, hoc est, eorum, qui à Spiritu sancto aguntur, inuehi, vel commoueri aduersus delinquentes; sed potius verborum, & actuum lenitate illos non tam carpere, quam ad salutem instruere.

10 Iamverò, si in culparum correptione, vbi culpæ id videntur exposcere, adhuc oportet lenire sermonem; minime dubium erit, in exhortationibus ad virtutes acquirendas, vitia extirpanda, mundum contemnendum, & similibus alijs, non esse miscenda acria verba. Ex eo inquam verborum genere, quibus nonnulli concionatores, ad christianam perfectionem nituntur cor violenter impellere. Sint ergò verba Magistri suauius, & Spiritus sancti vnctione delimita: & ijs planè verbis certò speret, se corda Nouitiorum, quasi iaculis
con-

confixurum. Sic enim spiritu Iesu Christi agatur tanquam idoneus eius minister. Eius nempe, de quo scriptum est: Molliti sūt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.

11 Si verò culpæ (vt decet) corripienda sint, culpam sic à persona secernat, vt interim dum culpam reprehendit, personam diligere videatur. Quod certè assequetur, si abstractè culpæ deformitatem repræsentet, vt personæ ipsi displiceat, & personam intercalatis verbis blandè alloquatur, tanquàm rem sanè amabilem, & à culpæ turpitudine longè diuersam. Vitet, quoad poterit, verba Magisterij auctoritatem redolentia: & velut vnus è discipulis, nō quasi iam perfectionem adeptus, verùm tanquàm in agone contendens, & sequens, si quo modo comprehendat comitem, & participem laborum se illis adiungat. Sic enim cordibus illorum dominabitur. Hæc de verbis-

12 Quod verò ad opera pertinet. Singulari amoris significatione non solum in spiritualibus, quæ potiorem locum obtinent, sed etiam in corporalibus necessari-

cessitatibus, discipulis adsit, siue valeant
siue ægrotent. Et nonnullas quotidianæ
disciplinæ intermissiones, cum eos re-
fectione, somno, vel alijs commoditati-
bus indigere apprehendit, indulgeat.
Quin etiam, & tempus anteuertat, ali-
quasque eiusmodi modicas, & raras in-
termissiones non usque adeo necessarias, ijs
præsertim, qui sunt natu minores, & de-
licatiores, per obedientiam, iniungat.
Vix enim dici potest, quantam vim eius-
modi patris in filios indulgentia habe-
at, ad cursû perfectionis incitadû. Ado-
lescêtes quippè, quos austeritatis metus
à statu Monastico retardabat, quique ex-
terna tantummodò hæc corporis in-
commoda formidabant (nam luctas
internas his grauiore non didicerant)
cum animaduertunt Magistrum non
ad eos laboribus vexandos, sed poti-
ùs recreandos esse pronum; carnis cu-
ram in eum conijciunt, quem beni-
gnum experiuntur, & liberiùs se to-
tos spiritualibus exercitijs tradunt.
Contrà verò, si in eo genere Magistrum
seuerum offendant, non modò, non
celeriùs currunt, verùm præ anxietate

te, & metu seueritatis, aut sui curam non deponunt, aut certè ab incepto monasticæ vitæ statu desistunt.

13 Iam igitur, si corporalia adeò commendanda sunt ad nouas Dei plantas colendas, quid hic de charitatis actibus ad spiritum alendum præstandis addendum esset? Nemo magisterio isto dignus censendus est, qui cum infirmis, Apostolo more, non infirmatur, qui, cum alij scandala patiuntur, non vritur. Intueatur ergo Magister, post IESVM CHRISTVM Redemptorem nostrum, qui est primum exèplar, Pauli Apostoli animum, & actus ad officium hoc explendum opportunissimos. Suo enim officio exactè satisfaciet, si Apostolum representare studuerit. Exhibuit quippè se, vno præsertim charitatis officio, in Ecclesiæ nascētis filios, qualem in clauastro se gerere debet Magister erga recēter indutos. Eo vsque enim flagrauit in filios, quos in Christo genuerat, & semel ac iterum parturire consueuerat; vt multiplici transformatione, modò in patrem, modò in matrem, modò etiam in nutricem mutatus, singulorum per-
sonas

sonas induens, singulorum mala patiens, singulorum bonis exultans, omnibus omnia fieret, vt omnes faceret saluos.

14 Quo circa non modò ijs præscripti-
onibus, quæ de affectibus, verbis & o-
peribus superius traditæ sunt, sed & qui-
busuis alijs modis, quos ei diuinus spiri-
tus suggesserit in corda discipulorum
se insinuare, & singulorum quasi nutrix
fieri curet. Quicquid autem in hoc ge-
nere laboris posuerit, eò directurus est,
vt corda discipulorum cæpiat, & eos,
iuxta Apostoli documentum, quasi vir-
gines castas vni viro, hoc est, Christo
despondeat. Fieri quippè non potest, vt
per iustitiæ vias eos foeliciter ducat, &
Christo coniungat, nisi ab eis ametur.
Necesse enim est, vt sine ambiguitate
vlla Nouitij Magistro suo, omnes affe-
ctus suos prosperos, siue aduersos,
motus omnes, passionis, tentationes,
consolationes, desolationes, ac denique
bona, & mala vniuersa, quibus quouis
modo afficiuntur, posito timore, vere-
cundia, seu quocumque alio respectu
sidentissimè detegant. Quomodo ve-
rò in-

rd inducentur ad res has difficiles superandas, & secreta hæc aperienda ei, quem minimè diligunt: Profectò, sine amore ac fiducia inde orta victoria hæc neutiquam speranda est.

15 Cùm ergo exploratum sit, sine victoria cordium Magistrum spiritualibus morbis Nouitiorum, non posse succurrere, neque verò sanari incipientes per sanare; nauet operam, vt ab eis, quos impensè amare debet, reciprocè ametur. Et hanc vnam è potissimis præceptionibus, quæ ad spiritualem profectum tradi solèt, existimet. Excogitet modos, quibus opportunè vtatur ad discipulos erga seipsum adeò benè afficiendos, vt quantumuis passionibus, & tentationibus agitati, non quærant peregrina aliorum Religiosorum solatia: sed in vno Magistro omne remedium ac solatium se habere confidant. Et vt nihil intentatum in hoc christianæ charitatis officio relinquat; paternis visceribus eos hortetur ad interiores omnes perturbationes sibi detegendas, disertè aiens, rem fore sibi iucundissimam, tametsi diurnam, & grauissimam inferendæ Magistro mortis tentationem aperirent. Et

ne verba leuia esse videantur, si quando aliquis grauiata tentamenta reuelet, illum amantissimè audiat, & singulari amoris ostensione peculiarem illius curam gerat. Sic. n. breuius, quàm explicari possit, animi vehemèter cōmoti, dulcissimèq; charitatis stimulo incitati, viâ, quâ per menses fortasse multos aggredi formidauerunt, paucorū dierū alacritate cōficient. Sic etiâ ex vno Magistri experimēto cōuicti in superueniētibus afflictionum & passionū motibus, ad eundē celerius, & fidētius reuertētur, eiusq; monita tenaciùs apprehendēt. Ut verò discipulis omnibus fiducia ingeneret, noxiūq; illis pudorē, seu timorē adimat, primos interdum imperfectionum motus, quos patitur, illis prudēter detegat: vt ij nō eum Magistrum se habere credant, qui nō possit cōpati infirmitatibus eorum.

16 Hæc de charitate, tenuiter quidem, pro tantæ virtutis dignitate, & necessaria Magistri instructione notauimus. Verùm grauius admonemus, debere Magistrum è capitibus, & quasi fontibus his, plurima alia, ad quotidianos, & multiplices euentus studio multo deriuare

si va

si velit nouã Dei prolẽ (vt decet) excolere. Postulet à Deo Sapientiam hanc, & dabitur ei affluẽter; & lapides viuos ad structuram cœlestis Ierusalem exquisitos, quos habet in manibus, vt Sapiens architectus coaptabit.

Cap. 4. De Zelo.

NEcesse est eum, qui boni communis, non cuiusuis sed plane maximi curam gerit, ita Dei zelo flagrare, vt vere dicere quãdat: Zelus domus tuę comedit me. Zelus hic stimulus quidam, & diuini amoris effectus est, à zelo seu zelotypia corporeæ pulchritudinis alienissimus. Zelotypia quippe consortes rei, in quam fertur, ferre non valet: Diu verò zelus vniuersas creaturas pro captu quamq; suo in diuinæ bonitatis, quã respicit, consortium admittit, ac pro viribus, inducit.

2 Hoc ergo zelo Magister, ardentissime charitatis igne succensus, estuare debet: vt videlicet non modò eos, quos regit, in Dei consortium, & monasticæ perfectionis culmen nitatur perducere;

Verum & eò zeli pertingat, vt vix ferre valeat, vllum eorum, quos educat, esse christianæ illius perfectionis exortem. Ex eo quippe zelo in opus sibi creditū rotus incumbet, dabitq; operam, vt Nouitij omnes cursum perfectionis, certis legibus & ritibus percurrendum, constanti æmulatione conficiant.

3 Quia verò ex hoc ipso zelo multa Magister erga alios in culparum correptione, legumq; obseruatione effecturus est, in quib⁹ oportet eū labe carere: omnino sibi persuadeat, potissimum eius zeli fructū, propriā esse iustitiā; nec zelum esse sed audaciam, vel cæcitatem nimiam, dum ipse lente procedit, neq; de se corrigendo seriò cogitat, alios ad profectum grandi verborum exaggeratione perurgere. Se quippe ipsum eisdem adhortationibus, quibus alios instruit, proculdubio arguit, & vitæ suæ deformitatem apertius, quā si taceret, ostentat: atq; per hoc ipsum nihil dicendo proficit.

4 Sit ergo Magister irreprehensibili integritate conspicuus, institutiq; proprii fidissimus obseruator. In regulæ, constitutionum, instructionum, & ceremoniarum

niarum obseruatione fit maximè sedulus: & in passionum ac sensuum mortificatione, studioq; virtutum, esse curet eximius. Hæc nimium omnia zeli lex à Magistro exactè requirit, vt inculpata eius vita nouitios instruat, corripiat, hortetur, atq; perficiat. Et hæc quidem Magistri animo peréniter impressa permaneant. Quâdo verò discipulos moniturus vel correpturus est, prius introspiat, si fortè bono, ad quod alios exhortari cupit, ipse careat, vel malo, à quo alios cogitat denortari, laboret: ne cum alijs prædicauerit, ipse reprobus fiat.

5 Postquã ergo Dei zelo Magister seipsum examinauerit, & composuerit, ad discipulorum profectũ seridò admodũ eum zelum exercebit, siue in culparum correptione, siue in adhortatione ad passionés subiugãdas ac virtutes acquirẽdas, siue in assiduis monitis ad instituti, ac legũ propriarum amorem, & obseruationem, quæ sunt tria capita exercendo erga nouitios zelo oportunissimã ordine obseruato tractanda.

6 Quod attinet ad caput primum, hoc est, ad zelũ, quo culpæ redargui debêt,

necesse est duo expendere, radicem videlicet, ac speciem culparum. Radices sunt habitus vitiosi, consuetudines prauæ, & passiones indomitæ, in quas debet Magister falcem mittere. Quamdiu enim non refecatur, culpas germinabunt. In specie culparum, ex obiecto, & circumstantijs, & ex lege in quam peccatur, grauitatem metimur. Grauior enim, (quod ad leges spectat) culpa est. Decalogi quæ regulæ, regulæ quàm constitutionum, constitutionum, quàm cæremoniarum transgressio.

7 Erga culpas igitur vniuersas attentè Magister inspiciat radicem, & voluntatè cum specie culparum. Radicem quidè, vt in correptionibus, & remedijs adhibendis, semper ad eam extirpandam animum intendat: & discipulos ad eam dignoscendam erudiat. Immensæ quippe vtilitatis est, vt qui spiritualibus morbis, hoc est, vitijs ægrotant, se ijs prauis affectibus laborare cognoscant, crebro què considerent, vt remedia quærant, & exerceant. Ex defectu enim doctrinæ huius in Religionibus iam laxatis, infœlices Religiosi grauitè affectitant. quàm

quàm phrenetici ad mortem vsque laborant, neque remedium exquirunt.

8 Voluntatem verò cum specie culparum Magister ponderabit: vt nec tam acriter corripiat, quàm exigit culpæ species, si parum voluntaria fuerit: nec tam suauius, si voluntatis malitia excreuerit. Solet enim monachus vim voluntatis tantam ad ridiculas res, quas in sæculo neglexisset, conferre, quantam in diuitijs, vel honoribus mundi maximis posuisset. Cum enim appetitui nondum mortificato pinguiorem mundi partem abstulerit, auide ac rapide fertur in ea bona apparentia, quæ intra claustra valet inuenire: quod oculate notandum est.

9 Postquàm ergo Magister culparum species circumstantiasquæ perpenderit, animo sedato, vbi tempus decretum accesserit, ad correptionem, modo statim describendo procedet. Dictum est, animo sedato, debet enim accuratissime cauere, ne cum se intrinsecus perturbari sentit, aliquem corripiat; sed correptionem in tempus animi tranquilli

proroget, nisi cùm ex officij obligatione cogitur mox corripere. Vix enim vnquam perturbatus animus salutis proximorum profuit. Quando igitur, siue sedato animo, siue propter instantem officij obligationem, adhuc inquieto, correctio exercenda est; ita se Magister gerat, vt (quod in cap. de charitate monuimus) culpam à persona discernat, vt pateat eum, non aduersus personam, sed aduersus culpam exardescere. Semperque, vt superius dicere coepimus, dum corripiet, non tam culparum superficiem, quàm in radices earum oculos mentis diriget: vt scilicet noxias radices vitiorum, & passionum extirpet: nam quoadiu non reuelluntur, culpas novas germinabunt.

10 Pinget in exhortationibus culparum turpitudinem tam exacte, vt discipuli vel pietas oderint, doceatque vel minima culpa plus mali ac deformitatis inesse, quàm in vniuersis cruciatibus inferni. Moneat culpas etiam minimas incipientibus esse perniciosas, tametsi adultis non ita nocerent. Modica enim læsio tenellam plantam arefacit, quæ non

non lædit adultam. Etenim si Nouitiorum animis Dei zelo culparum execrationem ingenerare studuerit; decorem domus Dei insigniter augebit, & ad cursum perfectionis illos vehementer incitabit. Hæc de primo è tribus capitibus, ubi zelus exercendus est.

II Caput zeli secundum, latissimū Magistro campum aperit, dum cædendam vitiorum passionumque syluam, & virtutum arduitatem superandam obijcit. Huc quippe Magistri vires in communibus exhortationibus, priuatisque colloquijs, & quouis alio communicationis genere, cōferendæ sunt: & hoc proprium zeli officium est, vt ab ijs, quos Deo conciliare cupit, auferat, quod puritati ad vnionem diuinā requisitæ obstat, & conferat (quoad per eum fieri potest) id per quod vnio illa cœlestis celebranda est. Docebit ergo modū passionum mortificandi, & virtutes acquirēdi, quibuscumque medijs, modisque valuerit: vteturque ad hunc finem instructione Nouitiorū, ubi de re hac, distincte, abundeque differuimus. Id quippe ipsum quod Nouitij propriā instructionē

legentes ediscunt, exercereque constituunt ad passionum virtutumque victoriam à Magistro viua vocis oraculo tradendum, & amplificandum est.

12 Iam verò vt tertio zeli capiti satis faciat, vbi proprii instituti ratio imprimi habenda est, consideret Magister, se discipulos instruere ad vnam vnus Religionis disciplinam; quàm, si perfecti Religiosi esse velint, plurimi facere: ac intime diligere debent. Quapropter de operam, vt ad Regulæ Constitutionum caeremoniarumque propriarum custodiam, sic afficiantur; vt ex alijs disciplinis nihil ijs sapientius, vel vtilius, vel amabilius videri possit. Hortetur saepe numero, vt sint boni status proprii aestimatores, & vel minimos ritus amoris summo prosequi, & profuso quoque sanguine obseruare constituent. Moneatur frequenter, vt hanc vnam suae Religionis disciplinam omnibus alijs anteponant. Etsi enim alia quoque perfectiora, aut fortasse perfectiora sint; non omnes promiscue singulis congruant. Ordine quippe miro diuinæ Sapientiae videmus cætus Religiosorum

esse discretos ; & instinctu diuerso
 alios in hæc, alios in alia claustra vocari:
 vbi arreptam semel peculiarem mona-
 sticæ vitæ rationem à Deo inspiratam,
 non licet alienis doctrinis posthabe-
 re.

13. Instituti ergò proprij obseruationẽ
 crebrò inculcabit : docebitq; singulos
 Religionis actus , & ritus tam rigidè à
 veris professoribus obseruari debere,
 quàm si grauia præcepta essent , quæ
 mortalis culpæ reatu transgressores in-
 necerent . Cuius certè æstimationis
 ratio identidem repetenda est , nem-
 pe, quod per singulas etiam leuissimas
 cæremonias expressa Dei voluntas in-
 notescat ; quæ veros monachos æquè
 mouere debet, ac bonos sæculares gra-
 uiora præcepta mouerent.

14. Sunt & alia permulta , quæ Dei zelo
 Magistrum vrgere debent , quæ ipse in
 hac ipsa sua instructione perspiciet, &
 per se quoque extra Instructionem hæc
 deprehendet : quorum studium illi
 impensè commendamus . Euigilet,
 qui custodit Israel , & vulpes paruu-
 las capiat , ne florentem vineam de-

moliatur. Exploret vniuscuique ingenium & mores: confideretq; num aliquis teneris Dei foetibus clam noceat. Curas omnes alias abijciat, & in hanc vnam omnes animæ vires conferat. Pascat nouellum gregem ex animo; & ver pastoris more, vniuersis communibus actibus Nouitiõrum interfit: zelus quippe nõ fert, vt ab vllis eorum actibus, leu prætexu absit. (Hic impèsè cõmendandum foret eorum, qui in Religionẽ admittuntur examen. Sed functio hæc non solius Magistri est.) Deniq; vt caput hominõrum monito vno, quod zeli propriissimum est, claudamus, vigilantissimè animaduertat, num aliquis è Nouitijs, statum in quẽ vocatus est, abutatur; an sit audax, ignauus, loquax, inuerecundus, piger orationis & præsentia Dei incuriosus, ad actus communes tardus, intemperans, contetiosus, aut alijs eiusmodi vitijs notatus: & si post sedulam culturam non seriò resipiscat, exclusis apparentibus misericordia rationibus det operam, vt è claustro expellatur, antequàm contagio vitiorũ, quibus laborat, alios inficiat. Hic quippe zelus Deo acceptissimus.

mu

debet esse consultus, ut plurimas, & quotidianas difficultates Nouitij in oratione subortas, facile dirimere possit. At quomodo dubia dissoluet, qui eius doctrinae imperitus est? Augetur huius rationis vis, si euentus multiplices, in quibus Nouitij anxie laborant, expendamus. Experimentis enim plurimis nouimus Angelum Satanæ, pro lucis Angelo nouis Religiosis adhuc rudibus seipsum obtrudere: quomodo ergo verum à falso secernet, qui modicè spiritualis est? ⑥

3 Ratio tertia petitur ab exemplo, quod ad erudiendos Nouitios quemadmodum & alios homines, vim habet insignem. Manifestum est autem, non apud claustra reformata, ex communi omnium confessione semper creditum fuisse, eos in Magistros Nouitiorum eligendos esse, qui orationis studio, vel apparenter dediti sint. Neque enim sibi vel ipsi orationis imperiti persuadere possunt, hominem parum deuotum (ut vulgo dicunt) ijs, quos deuotio ducit in claustra, idoneè præesse ac prodesse valere. Ad officium ergo boni Magistri perti-

Pertinebit, non apparenter, sed verè id Præstare, sine quo, ex omnium proborū ac improborum consensu, officio satisfacere non posse existimatur. Et quidem ratio hæc, licet ob constantem omnium existimationem, mouere debeat, ex eo tamen Magistri animum potissimum debeat impellere, quod vera sit, & bono exemplo nitatur. Qua enim ratione Novitij rerum cœlestium studio iugiter vacabunt, si Magistrum ijs rebus modicum tempus impendere perspexerint? Etenim difficillimè flectentur: siētq; velut arētia ligna, & in dies magis obdurabuntur: errorēq; grauissimū Magistri auctoritate confirmabunt.

4 Ratio quarta ducitur à tradenda doctrina. Necessè quippe est, Novitios orandi modum diserte docere: à primis enim diebus, hoc spiritu instruendi sūt, si adsit verum salutis eorum desiderium. Iam igitur ægre poterit alios, vt par est, erudire, qui non ex professo studium orationis exercuit, & per se, quæ docet, experiri conatus est.

5. Profectò Magister tã tebet orationis esse peritus, vt more fundibulariorum

Gabaa,

Gabaa, qui capillū iacto lapide tā certo percutere posse credebantur, vt lapis in alterutram partem minime deferretur, subtiles cogitationes capillis notatas, absque errore, interfecare, & syncerum ab simulato secernere possit: quod ad scientiam sanctorum spectat. Vltorius vero, quod ad exemplum attinet, adeo debet studio orationis insistere, vt Nouitij, alia admonitione, quā Magistri exemplo non indigeant, ad orationem constantissime frequentandam.

6 Vacet ergo intentissime rerum diuinarum studio, & Mysticæ Theologiæ non speculationi tantum, sed gustui quoque, quoad poterit, seipsum, vitæ puritate, & vnionis diuinæ amore coarctet. Dei præsentiam menti impressam fidissima memoria, & cordis vigilia seruet: vt cœlesti lumine perfusus ipse proficiat, & Nouitios ad spiritualem profectū accepta è cœlo luce promoueat.

7 Doceat Nouitios orandi modum, & alia huc spectantia, quæ ipse Sanctorum Patrum lectione, Seniorum consilijs, experimētisq; didicerit. Quæ in re si strenue se gerat, singularē discipulorum

rum profectum, & sibi cumulatū à Domino præmium merito sperabit. Si enim discipulos rerum cœlestium studiosos fecerit, opus insigne patrabit, vnde singularis Dei gloria singulareq; Religionis bonum emanabit: quod Clemētissimus Redemptor noster Iesus Christus solet ample remunerare.

Cap. 6. De lectione, & catalogo librorum.

Quia hominis animus mortali corpore clausus, quantumuis rerum cœlestium studio addictus, ipso carnis pondere à proposito importune diuertitur, naturæ inconstantia eam iugem cordis intentionem ferre non valente: salutare consilium est, spiritualement vitam diuersorum exercitiorum varietate cōdire. Quocirca Magister, quem ad perenne studium orationis adhortati sumus, lectionem piam orationis altricem sepe repetat, & oratione, ac lectione vitam contexat: eiusmodiq; texturam discipulis summopere commendet: quod his rationibus efficiet.

2 Ra-

- 1 Ratio prima. Lectio repetita, uti nunc indicare cœpimus, tædiū, quod à perenni vni⁹ formæ studio natura patitur, extenuat: quia suauius quiddam est animā operi arduo insistentem, per interualla relaxare, quàm perenniter eiusdem operis arduitate premere, Accedit huc, quod lectio ipsa animum nō conantem (ut in oratione) solet, sed alienos labores absq; conatu recensentem, conceptus varios, pro lectionis varietate, suauiter format, & genus quoddam delectationis sensim illabentis percipit.
- 3 Ratio secunda. Lectio à pijs præsertim animis recte q; compositis vsurpata docet multa, quæ, ne orando quidē, addiscuntur. Diuina quippe Sapientia Sāctis Patribus multa reuelauit, quæ illi scripto digesserunt, ut nos inde erudiremur. Neq; postulandum est, ut nobis passim eiusmodi secreta reuelētur, quādoquidem è Sāctorum scriptis, possumus illa cognoscere, ac in bona nostra priuata deriuare.
- 4 Ratio tertia. Lectio pia sedata, alte q; perpensa pios animos vehemēter commouet, & salubrior plerūq; quā oratio ipsa

ipsa existit: quod experientia crebra cō-
uincit. Etenim si, vt è vulgatissimis pa-
tet historijs, multi qui in culpæ luto ia-
cebant, fortuitò librū aliquē arripien-
tes ac ægrè legentes, repentè commoti,
emolliti, ac in Dei filios mutati sunt:
quid fiet ijs, qui non perfunctorie, sed
casto, ac sincero proficiendi, ac Deo
placendi studio sancta lectione pascun-
tur. Profectò immensa inde lucra pro-
niunt. Prouenit certè, (vt de re nostra
dicamus) Magistri illuminatio, pia & v-
tilis oblectatio, cordis emollitio, cœle-
stia desideria & cōcepti in oratione ca-
loris fomenta quæ lectoris ipsius bona
sunt. Prouenit præterea clarior notitia
doctrinæ Sanctorum Patrum, ac viro-
rum spiritualium qua Magister imbu-
tus, fit indies aptior ad Nouitios publi-
cè, priuatimquē instruendos: quod est
maximum boni communis incremen-
tum.

§ Magister ergo his rationibus flexus sit
piæ lectionis studiosissimus; & sibi, ali-
jsquē, quorum curā gerit, exercitio pla-
ne suauissimo consulere pergat. Verū
quia nō modica ex bono librorum de-
lectu

lectu utilitas existit; subiecto Catalogo
utatur, quàm frequenter poterit.

Catalogus librorum Magistri.

6 Sancta Euangelia. Epistolæ Pauli. Ba-
filij Ascetica & Regulæ. Gregorij Mora-
lia, & de cura pastorali. Augustini Con-
fessiones, Meditationes, & Soliloquia.
Opuscula Bernardi. Opuscula Sæcti Bo-
nauenturæ. Cassiani opera. Hugo de Sæ-
cto Victore de Claustro animæ. Ricar-
dus de Sancto Victore. Hübertus de e-
ruditione Religiosorum. Climacus. In-
nocétius & Gerson de Contèptu mun-
di, & alia Gersonis opuscula. Thomas
de Képis. Tractat⁹ Beati Vincétij de vi-
ta spirituali. Opera Blosii. Opuscula Di-
onisi Carthusiani. Tauleri Institutio-
nes. Albertus Magnus de Virtutibus.
Laudolphus de vita Christi, & alij simi-
les.

Libri vulgares.

7 Opera P. Fr. Ludouici Granatësis. O-
pera P. Auilæ. Opera P. Didaci Perez. P.
Arias

8^o Arias de Oratione , & mortificatione^o
opera B. Theresiæ, & alij similes libri.

Libri historici.

8 Sancti Gregorij Dialogi . Gregorius
Turonensis de gloria Confessorum, &
Vita Sãcti Martini. Eusebij historia Ec-
clesiastica . Theodoretij historia Re-
ligiosa. Vitæ Patrum selectæ. Speculum
exëplorum. Vitę Sanctorũ Lippomani,
& Suriij. Petr^o Damianus, & Petrus Clu-
niacensis de miraculis. Religionũ Chro-
nica. Vitæ Sãctorum ætatis nostræ, & a-
lij libri similes. Libros ergo recensitos
Magister accuratè, pro tēporum, & la-
borum occasione legat: atq; ex his, & a-
lij similibus, prout expedire censuerit,
Novitijs distribuet. At diligēter caueat,
ne absque ipsius consilio, vlli doctrinæ
seu verbo tenus acceptæ, seu librorum
quantumuis probatorum adhæreant.
Et multò accuratiùs, ne illam exerce-
ant. Multos quippe Angelus Satanæ, in
lectionem piam seipsum insinuans, &
sine Magistri cõsilio, ad vsum rerũ sub-
limium præmaturè impellens, pio co-
lore

lore seduxit: vt propterea à claustris infœliciter expulsi fuerint : quod nobis experientia compertum est.

Hæc de prima Instructionis parte.

PARS SECVN- D A.

De Magistri prudentia.

Cap. I. De prudentia in commune.



OMNIS Nouitiorum prudentia in vno Magistro ponenda est. Cùm enim proprium prudentiæ opus sit precipere, ac media fini consentanea præscribere; nefas est novos fratres, qui nondum parere didicerunt, præceptores, mediiorumque præscriptores fieri. Quocirca in Nouitiorum Instructione cùm de virtutibus ageremus prudentiam in vno duntaxat dili-

diligentiæ capite tetigimus, quòd alios
 potiores prudentiæ actus nouis fratri-
 bus minime congruere cerneremus.

Quàm sanè obseruationem, ideò hic
 recensemus, quòd ex hoc ipso argu-
 mento vehementer prudentiam Magi-
 stro persuadere valeamus. Si enim tota
 Novitiorum prudentia penes illum
 refidere debet, vt sit ipse idoneus om-
 nium censor, & moderator; manife-
 stum est in re tanta multum labo-
 ris, ac sollicitudinis esse collocandũ.

2 Quia verò (vt rectè vulgo dicitur) In-
 senibus est prudentia, quæ longa rerum
 experientia, & accurata euentuũ obser-
 uatione paratur, & alitur: Conueniat
 Magister, quàm frequenter poterit, pa-
 tres ætate, ac doctrina spiritusq; proue-
 ctos, quorũ consilijs, in rebus dubijs de-
 cidèdis vtatur. Et ipse, per se, quoad va-
 lebit, ante actos euentus expèdat, præsen-
 tes occasiones obseruet; vt ex mutua
 rerum similium collatione, quid sit fu-
 turum præfagiat.

3 Ne sit præceps in sententia dicenda,
 responsisq; reddendis: sed assuescat
 modo respōdēdi sedato, & donec rē fa-
 tis

respondendi sedato, & donec rem satis circumspexit, & si opus fuerit, cum alijs contulerit, responsum differat. Quatamē in re, caueat, ne scrupulosē nimis minutissima quæq; velit præmeditari, & cum alijs cōferre: hoc. n. dilationis genus in rebus minimē difficilibus nimium frequens cursum rectæ gubernationis, & spiritualis profectus impedit, & fastidia multa parit.

4 Nesit nimium credulus, vt nempe, facile credat Nouitios vel festinatam sanctitatem comparasse, vel è cōtrario, paucorum experimentorum indicio, quia non præclare se gesserint, desperandos esse. Sed cunctetur, & longiore tempore, rerum circumstantias consideret.

5 Suauitatē communicationis ita grauitate temperet, vt Nouitii concipiant simul amorē erga illum & reuerentiā. Neque angatur animo, quasi propriam existimationē querat. Oportet. n. eā esse Magistri erga discipulos auctoritatem, cui collum illi, in re quantumuis graui, atque difficili, facile subdant.

6 Simulet interdum se culpas minime depre-

deprehendere, tunc præsertim, cum ex earum iterata correptione tædium potius, quam correctio speratur. Et alijs pietatis incitamentis, quos correptio non emolliret, ad emendationem alliciat. Et postquam ostensione charitatis, puta, donata imaguncula, vel libello aliquo, benevolentiam captauerit, animum iam mollem, & proficere paratum corripiat: ut præteritam culpam oderit, & futuram præcaueat.

7 Tametsi cuiusque Novitij animum excolere, & mortificationem crucis Christi accuratè docere debeat; ita tamen vniuscuiusque ingenium experiatur, ut non statim à principio insignes passionum victorias, & clarissimos virtutum actus exquirat. Minoribus ergo triumphis sub initium contentus sit; & ad maiores sensim inducat.

8 In explorando cuiusque ingenio plurimum operæ ponat: & moneat ut quisque ante actæ in sæculo vitæ rationem exponat, vitia & passiones, quibus molestius vexatur aperiat; ut sciat unicuique consulere. Et quos naturam bonam sortitos esse perspexerit, non statim magni

gni faciat, quod multos virtutum actus absque difficultate, exercere conspiciat. Eos verò æstimandos pluris censeat, qui cum naturã parum bonã sorte acceperint, sub renuntiationis tamen initium, cum proprijs passionibus luctari, & virtutum actus licet exiguos obire consuefcunt, clarior quippè hæc luctatorum victoria est, quæ si lucta perseueret, magnis certè momentis augebitur. Sed ad peculiaria prudentiæ capita descendamus.

Cap. 2. De prudentia erga Nouitios omnes recenter indutos.

Rectè dictum est. Dimidium facti, qui benè cœpit habet: perspectum est enim primam eorum, qui mundo renunciant, institutionem, si suis numeris absoluta sit, ad eò altè Nouitiorum animis imprimi; vt intra dies paucos mira transformatione, ex hominibus in Angelos mutati videantur. Quapropter in nouis fratribus absque mora erudiendis Magister sit maximè sedulus: & ne diem quidem vnum, sine accurata instructione labi permittat. Sed vt
 pru-

prudēter agat, firmaq; fūdamēta edificij,
 q; molit iaciat, quę subijcim^o, obseruet.
 2 Inter vniuersos christianæ perfectio-
 nis tractatores constitutum est, viam tu-
 tam, & ab omni erroris suspitione alie-
 nam esse eam, quæ ex oratione, & morti-
 ficatione componitur; adeo, vt si quis e-
 leuandæ in Deum mentis, & voluntatē
 propriam, sensusq; suos mortificandi
 curam gerat, palmam obtinuisse videat-
 ur. Neque rem hanc per se compertam
 rationibus adstruere, necesse est: nemo
 enim tam rudis in Magistrū optabitur,
 qui doctrinam hanc exploratam non
 habeat, cū perfectam animæ, corpo-
 risq; culturam manifestē complectatur.
 Hac ergo doctrina posita à primis die-
 bus fratres indutos Magister per se, aut
 si legitimè impediatur, per socium, do-
 ceat, qua ratione orare, præsentiam Dei
 menti impressam gerere, orationibus
 iaculatorijs, frequenter cor sursum im-
 pellere, & actus, quos exercent in
 Deum dirigere debeant, quemad-
 modum in eorum Instructione tradi-
 dimus: quod est primum caput. Do-
 cebit etiam, qua ratione debeant

in rebus modicis propriam voluntatem abnegare, propriosque sensus disciplina mortificationis exercere; quod est caput secundum.

3 Exemplum mortificationis exercendæ fit. Dum libet intra cellam sedere, eo ipso, genuflectere, dum placet quicquid intueri, eo ipso, oculos cohibere. Dum in Refectorio, cibus appetitum irritat, eo ipso, buccellas aliquot, puta duas, aut tres, Iesu Christi amore relinquere. Ecce planissimum, & utilissimum incipiendæ mortificationis exemplum: quod cum spiritu orationis coniunctum; ab ipso Religionis primordio, summam fecelicitatem promittit. Quod certè ad eum verum, & testatum est, ut si Novitii faustum hoc inceptum ad finem usque protendant, eximiam sanctitatem paraturi credantur, quod exempla multi conuincunt.

4 Erit autem insignis emolumentum, Magister à primis diebus, aliquem leuius harum mortificationum numerum præfigat, quem nouelli fratres, quasi quotidianum pensum exoluant, puta numerum septenarium, quem in primis certissimum

tiffimè impleant, quamuis ultra eum numerum, absque numero, procurare debeant. Illud quippè opus certo numero definitum animos vigilantiores efficit, & genus quoddam fidelitatis Deo acceptissimæ est, quæ arduitatem quandam præfert laude digniorem, quàm numerus mortificationum maior solutus, & incertus. Monendi sunt autem fratres, ut si (quod euenire inexpertis solet) in examine conscientie nocturno, animaduernerint, se numerum illum non expleuisse, antequàm cubitum eant, totidem saltè prostrationibus illum compleant, atque in eum modum, mortificationis disciplinam tenacissimè apprehendant.

5 At enim quia instar stipitum è syluæ cæsorum Nouitij in manus artificis, à Deo mittuntur, ut dolentur, & poliantur, atque ad fabricam domus Dei coaptentur; dabit operam Magister, ut ab initio, antequàm eos mortificationibus varijs exercere incipiat, se illis propitium, & beneuolum exhibeat. Quod eò conferet, ut illi adhuc spiritualis amoris ignari, ad primos ingressus, durum re-

ctorem se habituros non existiment, & mortificationem crucis expauescant. Præstabit illi sanè minus difficulter, aut fortasse absque difficultate modicas illas mortificationes, quas diximus eorum fidei committendas, & intra, vel extra cellam exercendas: at eas, quæ extrinsecus, hoc est à Magistro inferuntur, utpote difficiliores non adeò facile omnes accipient. Credendum est autem omnes illas non difficulter accepturos, si Magistrum prius patrem, quàm iudicem experiantur.

¶ Præmissa ergo benevolentie ostensione, ut dictum est, monasticæ prudentiæ maxima pars est, novos fratres leuibus mortificationibus intercalatis sensim exercere; ut immenso lucro, ad grauiora experimenta comparentur. Ut si, exempli gratia, Magister videat nouum fratrem vestem nouam, qua est indutus amare; iubeat ut cum veste obsoleta commutet. Si Breuiarium nimis placeat; aliud minus gratum, illo sublato, tradat. Si cella sit commoda, in aliam minus commodam transire præcipiat. Hæc quippe exercitia
 pru-

prudenter, & cum intermissione vſitata, à primis quoque diebus multiplices coronas promerentur, & ad grauiffimas luctas animos præmuniunt. Proſunt prætereà, vt Magiſter longiore probatione diſcernat, quinam è No- uitijs profeſſioni digni ſint. Nam ſi in breui vnius anni probatione, ad vltimos meſes Mortificationis examen differatur; vix pacata conſcientia de- cerni poteſt, an emittendæ profeſſioni idonei ſint. Facile quippe animus pro- feſſionis cupidus trium, quatuorue mē- ſium mortificationem, vitæq; correptionem ſimulat.

7 Iniunget ſocio, vel alicui fratri, ex antiquioribus fidiffimo, vt recenter in- dutos, de communioribus cæremonijs, conſeſtim inſtruat, & de communibus modèſtiæ regulis admoneat.

8 Ipſe verò Magiſter recenter ingreſ- ſos frequentius, quàm alios viſitet: & a- liquam lecti, vel victus commoditatem ijs, præſertim qui delicatiores ſint, per aliquot indulgeat, quando ſpectatis perſonarum, & temporum circum- ſtantijs crediderit expedire.

uersè quippè hanc indulgentiam permittere non expedit: certum est. autem, erga viros graues, puerosue ingenuos è commodissimo vitæ genere in austerâ Religionis disciplinam transeuntes, illa vti opus esse. Consideret omnia Magister, & lumen à Deo iugiter postulet ad rem hanc, & alias similes, vbi periculum laxitatis imminere videtur, discernendas.

*Cap. 3. De prudentia erga Nouitios,
pueros vel adoleſcentes.*

- 1 **D**iscrimen ætatis, prudentiæ lege, ab educatoribus idoneis obseruandum est: nè aut naturam vires acquirentem eneruent, & ferendis Religionis oneribus ineptam efficiant: aut è contrario, tenellæ ætatis prætextu, indulgentiam nimiam, & pueriles mores impunè excurrere, obseruantiaq; regularè extenuare permittât. Quocirca subiecta cõsilia prudēs Magister obseruet.
- 2 Mox ac Nouitij ætatis illius iuduti sunt, seorsim vocatos noui status, in què vocati sunt, amanter admoneat: horteturq; ne in posterum se pueros existiment,

ment, sed viriles actus ætate prouecta dignos cogitent, & proponant. Proderit autem puerilium actuum deformitatē & virilium operum honestatem repræsentare.

3 Obseruet accuratè, nè per Cœnobiū licenter discurrant, & communibus actibus inquieti interesse assuescant, quæ sunt vitia ætati illi familiaria.

4 Ne sit nimium seuerus defectuum censor: sed ita illos corripiat, vt parcat. Modicus quippè captus eius ætatis proprius culpas extenuat.

5 Sic illos priuatis colloquijs instruat, vt pædagogus solet principis alicuius liberos erudire: hoc est, amantissimè atq; creberrimè. Nam ætas illa communes exhortationes non satis ponderat, ob naturalem nec dum reformatam leuitatē. Atque idcirco quisque seorsim patiētia, & lenitate multa instruendus est, donec formetur Christus in illo.

6 Ne fidat inconstantia illi, quasi, quæ pollicentur pueri fideliter exequantur: sed rationem eorum, quæ cogitant, & efficiunt, sæpenumerò exigat: iteratisq; monitis cordatos efficiat.

7 Quod ad corporis curam spectat, ita rigorem disciplinæ temperet, ut naturam vires acquirentem non frangat. Exerceat mortificationem corporis leuiorem, cui æquum est ætatem illam assuescere, ut ad senectutem vsque crucis amorem seruet: at sanitatis non lædendæ rationem habeat. Ex incuria quippe admonitionis huius, nonnulli feruentiores, quàm prudentiores bono communi vehementer nocent. Nam quos in pueritia nimis corporis afflictionibus vexant, per reliquum totius vite tempus ægrotare faciunt, & morbi causam, hoc est mortificationem odisse. Creant igitur non bonos disciplinæ monasticæ obseruatores, sed perennes inimicos crucis Christi, quod in Religionibus præsertim austeris, attentè ponderandum est.

8 Mediocritas hic probanda est: ut per hebdomadas singulas, dimidiatis saltem binis diebus, pueri, & adolentes vini abstinentiam, cibi temperantiam, caurenulas, & cilicia, vel alia mortificandi corporis instrumenta experiantur, ut carnem spiritui subiugare condiscant.

discant. Iam verò exceptis monitis his, quæ de pueritia adolescentiaque præscripsimus, alijsue similibus, cætera, quæ ad ætatem illam instruendam pertinent, erunt cum cæteris communia.

Cap. 4. De prudentia erga Novitios maiores natu.

1. **Q**UINATU maiores ad statum monasticum è sæculo ascendunt, accuratius examinandi sunt; & seuerius exercendi. Affueuerunt enim sæculo, & amorem bonorum temporalium altius conceperunt. Secum ferunt noxios vitiorum habitus, iudicij, ac voluntatis propriæ diuturnam consuetudinem, aliisque similia monastica perfectionis impedimenta, quibus Novitij iuniores carent. Quocirca nouo prudentiæ genere hic opus est.

2. Curet ergo Magister adultos ætate intus, & in cute pernoscere; solent enim eiusmodi homines statum monasticum non tam spiritu Dei, quam rationibus politicis acti sic aggredi, vt vno saltem

anno simplicitatem simulent, posteaq̄ licenter ac dolosè agant . Qui èmissa professione audaciam sæculi resumentes insigne damnum Religioni inferūt, pacemq̄ de medio tollunt: Immo & in ipso Nouitiatus anno clam Magistro animos simpliciorum auertunt, & ad laxè viuendum inducunt. Ipsorum ergò relatu, elapsæ in sæculo vitæ historia accepta, quibus morbis laborauerint exactè perpendat, vt remedij genus personis adaptet.

3 Agat cum illis seriò, & seorsim vocatos inducat ad viriliter pugnandum; vt scilicet velint grauioribus experimentis exerceri, ad vitia olim contracta radicitus extirpanda, & ad virtutes acquirendas.

4 In aliquot velut classes Nouitios distribuet, vt interdum, pro ætatum discrimine, illos seu publicè, seu priuatim admoneat, pro temporum, rerumq̄ ratione. Maiores verò natu exhortabitur ad celerius currèdum ex iuniorum cõparatione. Non enim æquum est, eos, qui multa peccarunt, nõ maiora conari, quàm qui leuiter, breuiq̄ deliquerunt.

5 Pro

5 Proponat illis Magister ardua, ut perspiciat, an serio conari, & arduitatem superare decernant. Et bene animatis occasiones proposita exequendi offerat.

6 Ne moleste ferat, si acerrimis tentationibus infestentur, qui contra diuturnas consuetudines armantur, & pugnāt: sed illos soletur, & roborat, donec victoria sui potiantur. Hi quippe si diuina gratia, & cultura boni educatoris adfuit, perfectiores Religiosi euadere solent, quam qui insontes in claustra venere. Horrent enim malum, quod passi sunt, & eximios virtutum actus fortissimè dimicando producant. Atque ad eò in altiore diuinæ gratiæ statum assurgere solent, quam qui nullos conscientiæ stimulos patientes (quales innoxij multi sunt) lætè agere consueverunt.

*Cap. 5. De prudentia erga viros graues
in Religionem ingressos.*

1 **M**agna certè prudentiæ iustorum pars est, nouam iustitiam in vasis fictilibus alere. Huic ergo studeat Magister, & non solū ætates, sed dignitates

quoque personarum ad rectè agendum expendat.

2 Curet imprimis, vt ob personarũ grauitatem, quocumque ex capite confideratam, rigor disciplinæ monasticæ non lentescat. Grauis quippè vltionis reus erit, si ob rationes humanas, obseruantia relaxari, ac proinde gloriam Dei restingui ferat.

3 Cæterum salua custodia legum integritate, ita cum viris grauibus se gerat; vt non summum ius, quod summa iniuria solet appellari, ab eis passim exigat, quale ab alijs forte inæqualibus seuerius exigeret. Exemplum sit genuflexio. Si enim Nouitij, vt decet, Magistrum genuflexi alloquantur, vt continuo decebit, vt si Magister ferat alios ætate, & meritis minores per horam dimidiam secum genibus flexis verba facere, virum grauiorẽ eodẽ ritu tãdiũ genuflexũ esse patiatur. Decebit potius, vt illum citius expediat, vel stare, vel sedere quoq; iubeat.

4 Idem, ad proportionem, de alijs ritibus, & actibus dicendum est: quod Magister prudenter obseruet. In ijs verò quæ ad vitæ asperitatem pertinent, ne

CURR

cum eiusmodi viris nimium seuerè agant: sed parcat interdum: sibiq; persuadeat, lenitate hac, se illos perfectius culturum, & ad verarum virtutum culturam perduciturum.

5 Frequenter illos in cellis existentes visitet, & de anime, corporisque valetudine interroget, tanquam cui eorū cura cordi sit: & communicationis suauitate illos ad proficiendum, & perseuerandum alliciat.

*Cap. 6. De prudentia erga Nouitios:
doctrina prestantes.*

1 **S**Tatim ac Nouitius doctrina insignis admissus fuerit, Magister illū noui status admoneat; vt velut infans modò genitus lacte se indigere consideret, & alphabetum Christi à primis elementis incipiat. Suadeatque quandam salubrem scientiæ in sæculo partæ obliuionem, vt Sanctorum scientiā ediscat. Quin etiam hortetur, vt se nihil scire opinetur, & stultus fiat vt sit sapiens; addatque certò nouerit acquisitam scientiam nocituram, si ea, contra, vel præter obedientiæ placitum vtatur.

2 In

2 In locis publicis, ne finat eiusmodi Nouitium scientiam ex occasione, vt fieri solet, ostentare. Quippè alicuius interrogationis occasione, gloriola vana nouos Dei milites vexare solet; vt eruditè, diserteque respondeant, ac per hoc ab alijs in admiratione habeantur. Hæc ergo responsa Magister impediatur: & si fortè inopinatò reddantur, postmodum in Oratorio corripiatur: doceatur monasticum ac simplicem respondendi modum.

3 Quod si Magister doctrina excellat; Nouitiorum altum sapere, & vanè respondere conātem, non auctoritate magisterij tantum, verum doctrina conuincat, seu refellat: ne discipuli condiscipulum Magistro doctiorem se habere credant, quòd eos à Magistri fide diuertet, & ad mala multa viam proculdubio faciet. Neque verò si ad refellendum Nouitium opus sit multa eruditè eloquenterque proferre, Magister vanæ gloriæ stimulum vereatur; sed tentatione eam fortè obrepentem contemnat, atque illum virtutis officio suo debite persequatur.

4 Iam

4 Iam verò Novitijs eruditjs iudicij proprij , quod illi rationibus multis a-
struere solent, abnegationem sæpè com-
mendat; multaque illis , quemadmodū
& omnibus proprij iudicij tenacibus,
apparenter rationi dissentanea præcipi-
at, vt intellectum (ad obsequium fidei
Iesu Christi) in captiuitatem redigere
discant.

5 Caueat ne alij Novitij , quos his ten-
tationibus infestari certum est, eum, quē
doctrina excultum nouerunt, consulāt,
vt ab eo quicquam ediscant. Quemad-
modum enim furtiui fructus dulciores
videri solent; ita furtiua eruditio salu-
brior solet apparere.

6 In exhortationibus, seu colloquijs pe-
culiaribus, pietatem, & christianā per-
fectionem sic commendat, vt qui eruditi
sunt, certò sibi persuadeant, in cœti-
bus Religiosorum, non doctrinam, si-
cut, neque nobilitatem vel dotes alias
electis ab reprobis communes, magni
fieri.

7 Denique Novitios doctiores Magi-
ster, quacumque ratione poterit solli-
cité curet excolere: si enim rectè illos
educa-

educauerit, Religionis bonum, ac proinde gloriam Dei, & salutem proximorum mirifice promouebit.

Cap. 7 De prudentia in directione spirituum.

1 **H**ic principio ponendum est. Nouitios singulos recenter indutos de antea acta vita interrogandos an, pacata conscientia sint, an erga præteritas confessiones aliquem remorsum patiantur, an ex capitibus alijs ad Dei gratiam, & amicitiam requisitis pesturbentur. Deinde ponendum, potissimam primamque curam esse debere, vt qui conscientia remorsu affliguntur, expiata per integram, perfectamque culparum confessionem, conscientia quiescant. Quomodo enim de progressu cogitabunt, qui principio carent? Principio verò carere dicimus, quos conscientia culpæ mortalis nondum abstersæ redarguit.

2 Posito ergo principio, & ingenio, ac moribus cuiusque Nouitij aliquandiu benè perpensis, vnoquoque interrogato, ac de internis actibus, & affectibus, rationem sincere reddente, in spiritibus discern-

discernendis, ac dirigendis multum operæ Magister positurus est.

3. Expendat ergo, quo spiritu discipulorum quisque à Deo ducatur; ne forte illum inopinus extinguat. Spiritum autem hic appellamus, affectum, quo uniuscuiusque animus à Deo ducitur: quo, maiori ex parte, quisque se percipit emolliri, compungi, ad virtutes inflammarī, ad propulsandas tentationes præmuniri. Hunc primum internoscere oportet. Deinde verò ita eum alere, ut anima inde violenter non auellatur, sed sinatur ostensa cœlitus via procedere: quod exemplo subiecto declaramus.

4. Etenim, si quis animaduertit, se confideratis Inferni cruciatibus, mortis, amaritudine, Iudicij seueritate, ad virtutum culturam vel minime affici, vel parum vrgeri, & vna solius æternæ gloriæ meditatione ad omne bonum opus incendi: non expedit ab ea meditatione animam renitentem diuellere, quam voluit singulari eo pastu nutrire, & ad pietatis officia permouere.

5. Idē prorsus inter alia obiecta nobilio-

ra delectus habendus est. Si enim quis infantia Christi, non verò passionis meditatione pascatur; finendus est ibi erudiri, vbi gymnasium ei De^o præparauit. Denique si inter Christi passiones, sola (exempli gratia) crucis gestatio animū mouet; ibi perdurare finatur. Quod enim instinctu Dei agatur; ex eo probabiliter admodum conijcitur, quòd inde, & non aliunde ad pietatem vires hauriat.

6 Quòd si quis, nec in certa vna vnius rei cogitatione persistere valeat, & iaculatorijs orationibus efficacius se impellat; illas frequentet, nec vni meditationi diu cogatur insistere, ne anima coactione illa exacerbetur.

7 Verum est tamen, in prædicto multiplici Spiritus ductu posse latere dolos; dum anima perceptione suauitatis, quæ elicit ex obiecto vno, cætera fastidit: & ibi torpescens, mortificationis opera, & labores formidans, ægrè fert inde diuellii. Propterea opus est, & hos ipsos affectus explorare, & animam inde inuitam ad experimentum nonnunquam auertere. Vt veritate perspecta, vel dolus dete-

detegatur, vel securiùs anima suum partum resumere sinatur.

8 At verò ad hæc prudentiùs discernenda, opus est, cuiusque ingenium percallere, si intellectu polleat, si facillè amet, aut oderit, si informandis rerum imaginibus vehemens sit, aut remissior. Quæ sit orandi ratio, quam obseruat, quæ sit indoles, quàm firma sit corporis cõstitutio, & alia eiusmodi, quæ passim à spiritualibus viris annotantur. Quæ omnia rectè perpensa, atque mutuò collata id præstant, vt qualis sit cuiusque natura, qualis gratia, Magister dignoscat; & vt bonus Dei minister Deo cooperetur, ea scilicet via incedens, quam Deus ostendit.

9 Ex perfecta verò naturæ cuiusque inspectione, & spiritus, quo ducitur, exploratione, decernendum est, qua mensura, contemplatiuæ, siue actiuæ vitæ exercitia vnicuique iniungenda sint. Citiùs enim quosdam modica contemplatiuæ, & maior actiuæ exercitatio ad perfectionem prouehit: quosdam è contrario contemplatio perficit, & actio, nisi modicè admista retardat. Quo tamen

Quo tamen discrimine non includimus communes Religionis actus, quos ab omnibus ad vnguem exerceri necesse est, cuiuscunque ingenij, ac virtutis illi sint.

10 E naturali capitis affectione alia perutilis observatio ducitur. Sunt quippe nonnulli, adeò infirma, & inconstanti phantasia, vt nullum imaginem formare, in nullaquæ fortasse formata persistere valeant. Et videntur operam perdere, quia quicquid figurare conantur, statim dissipatur, ac evanescit. Vnumquæ eis remedium superest ad cogitationem compescendam, carptim scilicet legere, & per intervalla, quæ legunt, expendere, quoadusque feruor lectione excitatus elangueat, lectionemquæ resumât. Ij pariter finendi sunt incedere, qua via ducuntur. Non enim via parùm fructuosa, & ad cor permouendum efficax est.

11 E contrario sunt aliqui, adeò vehementer, quicquid libet, imaginatione formantes, vt sibi, paulò minus, quæ cogitant, cernere videantur. Hi coercendi sunt interciso discursu, & interdum acti-

ur

uæ vitæ iniunctis exercitijs, donec discant
vim phantasiæ, ratione temperare, vel
Religioni cõvincantur inepti, si absque
moderatione, & cum aperto diabolicæ
illusionis periculo, imaginibus adhære-
ant.

12 Alij capite parùm firmo à natura
sunt, qui se prolixè orationi vacent,
oneri succumbunt: & in nimiam im-
becillitatem, vel etiam in amentiam fa-
cile incidunt: qui tamen breuiore spa-
tio temporis, sine nocumento orare va-
lerent.

13 Demùm in hoc genere Nouitij mo-
dum excedere solent vim ad feruenter
orandum, corpore toto facientes, ac si
fructus orationis à Deo extorquendus
esset. Vnde capitis læsio, stomachi imbe-
cillitas, sanguinis excreatio; & alia dam-
na dimanât, quibus, sub cursu initium,
nouj milites eneruantur. Qui, si duce
prudencia regerentur, sine defectione in
orationis studio perseuerarent.

14 Temperanda sunt omnia, ne medi-
um virtutis excedant; ipsa quoque ex-
ercitia, quæ spiritalia, & salutaria ex
genere sunt. Non enim fat est, bona
esse,

esse, nisi benè, hoc est, cum proportio-
 ne exerceantur. Quapropter & preces
 ipsæ temperandæ sunt, ad quas noui fra-
 tres, ex propria deuotione, aut dæmo-
 nis illusione propensiores interdû, quã
 ad communes Religionis actus fieri so-
 lent. Ijs enim grauantur, ne in rerum in-
 ternarum studio multum operæ ponât.
 Quocirca præter Officium Diuinum,
 Beatissimæ Virginis coronam, Sancto-
 rumquæ tutelarium commemoratio-
 nes, & solitas preces, quas ad lucrã-
 das Indulgentias recitari mos est, Ma-
 gister non permittat fratres ijs oneribus
 premi: nisi causa iusta prius expensa pe-
 culiare quippiam alicui permitti debe-
 re persuadeat. Pauca hæc, quæ de spiri-
 tum directione tradidimus, licet utilia
 sint, non sunt ea tamè, quæ ad rem tantã
 Magistro sufficiant: quamobrem his
 tetur, & alia studio multo è Sanctorum
 lectione, & è virorum spirituali-
 um consultatione
 requiret.

(?)

CAP

Cap. 8. De prudentia in experiendis

Nouitijs.

1 **A**D omne militię siue corporalis siue spiritualis genus experientia, ex omnium sapientum sententia, plurimum ponderis habent. Ex ijs quippe decernitur, quisnam idoneus, vel ineptus sit: & probatione seclusa, vix de re tanta prudenter decerni potest. Quapropter, cum Religiosi omnes ad spirituales militiam nomina dederint, ad Magistri spectat officium, Nouitios experiri.

2 Personis ergo, circumstantijsq; perpensis, iniunget ad tempus Nouitijs aliqua cœnobij ministeria, vbi cum secularibus non sic commercium: vt exploret, an ijs occasionibus, obedientiæ, humilitatis mansuetudinis, silentij tenaces sint. An passiones effrænes prædant. An mentem à præsentie Dei studio relaxet, & eiusmodi alia: quæ, si Nouitiatus annum integrum non probati ducerent, celare, & ouina pelle lupos contegere valerent.

3 Rebus maturè perpensis, submittet prudentiores aliquos patres, vt Nouitios

d

tios

tios tentent, ad aliquid præterordi- &
 nem agendum. Vt pateat qua cor- m
 dis constantia sint, an humanis rationi- fic
 bus succumbant, an inobedientiæ fide gl
 permaneat. Exemplum sit. Si pater ca
 aliquis è grauioribus Nouitium obui- m
 um artificiosè de valetudine, alijsuè re- fa
 bus minimè necessarijs interroget pro- de
 lixeq; moretur, idem tamen multa eius- 5
 modi rogans, & nisi respondeat, iram ter
 simulans, donec vel gloriosè tacendo N
 vincat, vel inconstantia signum loquē- qu
 do exhibeat. Idem sic importuna in- hu
 stantia ad modicam aquam, absque ve- vi
 nia superioris, degustandam, sub præ- 6
 textu caloris nimij. Rem scilicet exte- pr
 nuando, ob paruitatem, nimiumq; ius un
 appellando, si Nouitius omninò absti- da
 nere velit. En exempla duo satis famili- m
 aria, quibus alia similia & plurima, & 7
 creberrima succurrent: quæ si pruden- ph
 ter adhibeantur; ad cursum perfectio- tu
 nis incitandum opportunissima sunt ne
 4 Proderit interdum, vt Magister ipsi ob
 per se, aut, re maturè discussa per alios tis
 ira simulata, Nouitios nonnullis verbis 8
 asperioribus exagitet, vestibus laceris mi
 &

& fordidis induat, verberibus, aut alijs
 monasticae disciplinae, & sanctae morti-
 ficationis instrumentis exerceat: vt ne-
 glectui, propter Christum haberi dis-
 cant. Vitabit autem in exercitijs eius-
 modi quae risum excitare possint, ne
 sancta exercitia in modos saeculares
 degenerent.

5 Praecipiet aliqua seu verè seu appare-
 ter rationi contraria, puta, quae vires
 Novitij alicuius excedant: vt exploret,
 qua fide, obedientiam colat: an ratione
 humana nimis utantur, an obedientiae
 viribus omnia se posse confidant.

6 Nonnunquam simulabit obliuionem,
 prostratos per aliquod temporis spati-
 um velut oblitus relinquens, quos re-
 clarguit, ad patientiae, & humilitatis exa-
 men.

7 Imputabit eis aliqua falsa verbis am-
 phibologicis velata, puta, esum, vel po-
 tum dieb⁹ Ieiunij regularis, vel sermo-
 nem tempore nocturni silentij: ac eos,
 ob id, obiurgabit, vt virtutem humilita-
 tis, ac mansuetudinis ediscant.

8 His tamen in experimentis, alijsq; si-
 milibus, obseruet cuiusque mores, &

ingenium: nec magni pendat quorundam apparentem humilitatem, qui san-
 eiusmodi neglectum non valde detre-
 ctant, quòd naturam degenerem sortiti
 sint. Constat enim vilitatem hanc lōg
 à vera humiliatē distare. Sed pro mag-
 no ducat contemptum sensu vehemen-
 ter renitente subire, & arduitatē hanc
 lucta longa superare; ne pro veris vir-
 tutibus falsas eleganter pictas nostrae
 salutis inimicus obtrudat.

9 Consideret Magister supradicta expe-
 rimenta ita debere. Nouitijs attempera-
 ri, vt (nisi extraordinaria aliqua ratio
 contrarium exposcat) breuia, & inter-
 calata sint; ne fortē nouellos milites ci-
 bo solido nondum affuetos mēstitia ve-
 xet, vel opprimat. Exploret vnumquē
 que dum mortificationibus exercetur
 an aliquid iu praesenti detegat, vel futu-
 rum portendat, quod Religioni possit
 officere: Patresq; de re fideliter mone-
 at, quod exemplo subiecto rectius ani-
 maduertet.

10 Etenim si nosset alicui è discipulo
 vitiū aliquod graue, siue naturale, siue
 ex consuetudine, siue ex fragilitate, au-

quauit

quavis alia de causa, altè firmiterq; impressum fuisse; deberet eniti, vt is spontè recederet, vel à Patribus expelleretur: nisi tantus in eo diuinæ gratiæ vigor cerneretur, qui vitium, accedente mediocri Magistri diligentia, extirpandum persuaderet. Pauci quippe eiusmodi vitij affecti ita sui victoria potiuntur, vt in claustris nō potiùs noceant, quam proficiant: tametsi vocationis calore primum concepto benè affecti videantur.

Cap. 9. De prudentia erga Nouitios tentationibus vexatos.

Campus hic latissimè patet: multiplices quippe tētationes longam orationem exposcunt si de ijs preste agendum sit. Verùm tractatio hæc à nobis modò suscipienda non est, cū habeat in alijs scriptoribus capita & Nouitij, & alijs hominibus communia. Eodem enim modo Nouitius, ac cæteri homines, tētationes fidei, castitatis, desperationis, aliasq; similes propulsare debet. Hic tamen Magistri prudentiam, qua erga tentatos vti debet, tractare cōlium est.

d 3

2 Pri-

2 Primùm ergo Magister patientiam colere meminerit, quæ à Nouitijs præsertim tentatis exerceri solet: & dies noctesq; si opus fuerit, in ijs solandis, instructuendis, & roborandis insumat. Ores facrificet, excogitet remedia, & si Nouitij aliàs probi sint, ne angatur, si tentationes, & grauissimæ, & longissimæ incumbant.

3 Ne addat afflictionem afflictis; nam dum quis à Deo seuerè tractatur, non expedit, grauiùs illum premere, quem admodum prudentis medici non esse ab homine ægroto sani, ac validi hominis exercitia repetere. Quocirca ordinaria Cœnobij ministeria, solitasq; mortificationes, quibus alij non tentate viuntur, ijs qui sic vexantur moderatè iniungat, nisi fortè id sit tentationis genus, quod actiuæ vitæ occupationibus extenuetur. Exèplum sit. Siquis animi deiectione, aut infidelitate erga Superiorem tentetur; erit opportunum consilium ab orationis, & choralibus illum vulgò non diuertentibus, cum psalmorum cantus & oratio illum illuminent, ac fulciant, & proinde ani-

mi deiectionis, & infidelitatis remedia suggerant. Si quis verò inhonestis motibus, aut scrupulis infestetur, sanum consilium erit, ab oratione, illum ad tempus amouere, domesticisque obsequijs onerare; vt intellectus, & imaginatio orationis otio non abutantur, & subtilibus scrupulorum rationibus, turpibusq; imaginibus tentationes ingrauescant.

4 Doceat modum tentationibus resistendi, vt scilicet Nouitij legitimè certare discant, & primos tentationum motus interciderè affuescant: quæ certè regula vniuersis tentationibus debet esse communis. Quia verò (vt experientia conuincit) Nouitij satis crebro scrupulis vehementer angisolent: in promptu habeat remedia, quæ afflictis adhibeat. Cuiusmodi sunt, fiducia multis rationibus à scrupulosis exercèda. Persuasio fidei, qua in Magistri sententiam, intellectum captiuum redigere debent. Abstinere à discursibus, erga antea vitæ peccata. Cogitationes scrupulorum recenter ortas, ac si forent libidinosa tentationes, confestim excu-



tere. Nimum diuinæ iustitiæ timorem interim nō recolere, sed amoris ac spe meditationes frequentare. Erit autem ad rem iubere, vt inter fratres alios, vb simul agunt, proponat Nouitius scrupulosus ridicula dubia, quibus torqueatur, vt publicè decidantur: Ibi quippe res cum risu accepta, & ab omnibus explorata quàm ab omni rationis vsu aliena, tentatum ad eam quoque despiciendam, efficaciter fortasse mouebit, quod experimento perspectum est. His ergo consilijs, alijs q̄ similibus fratres scrupulis agitados Magister adiuuabit.

5. Eos verò, quos aliæ multiformes tentationes diuexāt, præcipuè, quos aliquando ab statu monastico desistendi cogitatio vrget, vigilanter instruat. Cæteræ quippe tentationes, quæ Religiosum à statu semel arrepto non diuertunt, non vsq̄ adeo formidabiles sunt: locus enim illi hominibus quantumuis tentatis salutis pollicetur: at ijs, qui vitio suo à proposito sancto resiliunt, modica spes salutis eternæ in sæculo superesse videtur. Quocirca in his potissimum solandis, & adiuuandis Magister plurimum laboris,

ris, & sollicitudinis collocare debet.

Cap. 10. De prudentia in officijs iniungendis.

Monasticæ discipline ratio postulat, ut Magister suos discipulos ad omne opus proprio instituto cōsentaneum erudiat. Magna quippe pars decoris domus Dei, in hac viriarum functionum peritia posita est, quæ à Novitiorum educatore præteriri nō debet.

2. Habeat ergo Magister scriptum Novitiorum catalogum, quem, tanquàm rationem redditurus, identidem legat atque recogitet. Et ordine servato, domestica officia sic iniungat, ut catalogo percurso, singuli in orbem ad officia singula transeant, singuliq; omnia perdiscant. Res quippe facilis, & perutilis est, cuius neglectu, mirum est, quàm rudes, & inertes Religiosi fiant. Tempus autem officijs exercendis, iuxta rei difficultatem præscribendum est: neque enim par tempus culinæ, Refectorio, & Oratorij Sacristiæ assignari potest.

3 Cauendum est in hac prima officio-
rum iniunctione, ne Nouitij, mox tan-
quam principales Ministri obsequia illa
prestare sinantur. Exploratum est quip-
pè multa hinc errata proditura; cum e-
arum functionum planè ignari sint. Sed
prouidendum est, vt antiquiores alij,
puta paulò antè professi, vel, qui iam fe-
rè Nouitiatus annum expleuerunt, &
officia didicerunt, minùs antiquos sibi
focios assignatos, per dies aliquot, in-
struant, obsequiaq; omnia simul obe-
ant, donec recetiores sceli, vel principa-
les cuncta expedire nouerint.

4 Quia verò nonnulla obsequia nimis
onerosa sunt, & Nouitios Choristas nò
esse labor tanto pares, manifestum est:
animaduertat Magister nec expedire,
neque verò (vt experientia docuit) fieri
posse, vt ad ea præstanda omnes in or-
bem designentur. Quapropter satis erit,
si eos, quos viribus pollere perspexerit,
prout occasio tulerit, assignet. Quos ve-
rò nimium è labore fessos esse conspe-
xerit, cibo, & somno reficiet.

5 Denique consideret, nonnullos, tam-
etsi boni Religiosi sint, ex naturali vi-
tio,

tio, quod mores non attingit, esse quibusdam officiis prorsus ineptos, adeo ut sine totius communitatis offensione illa exercere non possint. Hos ergo, postquam rem compertam habuerit, ab officiis illis eximat, & ad alia designet.

Cap. 11. De prudentia in recreatione Nouitiorum.

Inter prudentiae actus, laborum intermissio, & aliqua honesta recreatio merito recensetur. Neque de asserto hoc, vlla inter viros Sapientes ac Spirituales controuersia oriri potest. Controuersia vero multiplex, de modo concipiendae recreationis emergit, inde (ut credimus) rarè admodum inuenire licet at virum, qui varios Religiosorum simul agentium affectus, sine offensione, in vnum laetitiae modum conciliet, ac temperet. Quamobrem Nouitiorum Magister rem hanc meditetur; & ad eam, prout decet, praestandam, se implorata Dei ope coaptet.

² Et primum quidem animaduertat, ad functionem hanc perfecte obeundam,

singularem Dei gratiam, insignem in actionibus decorem, mirum in verbis leporem requiri. Nam, (vt vim diuinæ gratiæ modò fileamus) exploratum est, animos hominum quicumq; illi sint actionum decore, ac sermonis suauitate vehementer affici; vt agrè non ferant, apud eum esse, illumq; dicentem audire, qui gestibus, & verbis auditores delectet.

3 Curet ergo Magister si ad hoc à natura valet, talentum sibi à Domino creditum, satis opportunam occasionem nactus exercere. Quod si natura parùm iucundus, lepidusq; sit, arte vtatur; quæ ad opus hoc, eximio cum merito, vnde cūq; conquirenda est. Atque hac de causa, spirituales viri, quibus Nouitiorum educatio commissa est, existimant obsequium se præstare Deo, si multam eruditionem, historiasq; auditu iucundas, ex præmeditatione memoriæ mandet, vt Nouitios simul existentes, dicendo exhilarent, atque delectent.

4 Verùm quia bifariam Nouitii à laboribus recreandi sunt, & ordinariè, vt in refo-

reformatis Religionibus fisci cōsuevit, modico tempore quotidie, ad eam rē, designato, & extraordinariē, paucis videlicet aliquot diebus, quibus Nouitij foràs animi causa duci solent: æquum erit de vtrisque recreationibus seorsim agere.

5. Ponendum est hic, Magistrum, inter alias præceptiones, debere quoque recreationis meminisse: vt scilicet Nouitios instruat ad vultum hilarem, temperatam scilicet ex grauitate, ac lætitiæ modestiam. vbiq; præferendam. Sed in recreationis loco, præsertim monebit, non modò omne supercilium, seu luctum, sed omnem quoq; affectatæ deuotionis imaginem esse depellendam; eumq; debere esse perfecti Religiosi vultum, qui statim ac conspicitur, cæteros exhilaret: neque tamen per hoc, leges modestiæ violari, sed custodiri.

6. Hac igitur instructione præmissa, duo præ oculis Magister habere debet in quauis recreatione, sed in quotidiana frequentius, vnum scilicet, vt ea, quæ molestiam parere possent, neque dicat ipse, neque dici patiatur; alterum vt ex

ijs, quæ sanctè, siue nō profanè delectare possunt, ea proferat, faciat ve, seu proferri fierivè iubeat, quæ animos magis oblectent.

7 *Exprima huius consilii bimembris parte efficitur, ut ibi culpæ nullæ corripiendæ sint: importuna quippe valde correptio foret, nisi in euentu aliquo rarissimo, vbi quis immodestus licenter aliquid ageret, vel diceret, cuius tolerantia reliquos fratres ostenderet. At & tunc quàm breuissimè res expedienda est, paucis aliquot verbis grauioribus aduersùm fratrem immodestum prolatis, aut illo inde abire iusso, ut cepta recreatio procurrat. Deducitur etiam ex obseruatione prædicta, ut Magister ibi res dictu, factuq; difficiles iniungere non debeat. Efficitur etiam, ut ibi natio vna præ aliis laudanda non sit. Consequitur præterea, ut exercitia, quæ appellamus Manualia, non ita, (vbi sedetur) præstanda sint, ut Magistro silente, omnes nimium mœstè laborent. Intercalatis quippe iucundis sententiis, vel interrogationibus lætitia labori admiscenda est. Denique multa hic, sed incerta*

Incerta Magistro ocurrent, quæ prudenter prospiciet, an ea sint, quæ displicere possint, illa quoque accuratè vitabit. Lege cap. 7. quar. part.

8 E secūda moniti bimembris parte efficitur, vt bono delectui rerum, quæ iuxta Cœnobiticam disciplinam Nouitios exhilarare possint, studendum sit. Hūc spectat historiarum relatio, vt scilicet, non Magister tantūm referat, sed alios, quos id decorè, ac lepide præstare posse nouit, referre iubeat quid auditu iucundum, quo alii recreentur. Hūc spectat facetum quippiam monastica sanctitate conditum: vt si Magister perferiam ab vnoquoque sciscitetur, si in animal irrationale vertendus esset, quale animal eligeret: multa quippe ibi miras simplicitate proferuntur, quæ sine lesione modestiæ risum excitant. Hūc spectat iucunda singulorum interrogatio. Quid scilicet ageret, si rex, aut Summus Pontifex crearetur. Hūc spectat leue aliquod certamē, quis amoris Dei, vel spei actum omnium perfectissimè producat, imaguncula
ali-

aliqua, vel munusculo alio victori proposito. Huc spectat non minus iucunda, quam utilis passionum repræsentatio, ut nempe, Magistro designante, unus hominem iratum, alter hominem timidum, alius hominem audacem, alius tristem, aut aliter affectum gestu repræsentet. Huc spectat lætissimus actus, quo Magister quasi Christus ipse foret, fratrem aliquem gloria immortalis, pro laboribus antea actis coronat, ijs videlicet verbis, & actibus utens, quibus reuera Christum erga animam ex hac vita in cœlum migrantem uti probabiliter censemus. Huc spectat cantus psalmodum, aut piorum carminum quæ animos in cœlum suspirantes mirificè exhilarant, & inflammant. Hæc & similia alia, quæ percensere non possumus, id efficiunt, ut modica illa recreatio sancte casteq̃ue suscepta fastidia, si quæ subierint, pellat, animos exhilaret spiritum aliat, & ad grauiiores monasticæ disciplinæ actus vires adaugeat.

9 In extraordinarijs recreationib⁹ Magister veniam dabit, aut si opus fuerit iube-

iubebit, vt Nouitij inter se amāter modesteque verba faciant . Vt genus aliquod honesti ludi, puta lapidum iactus ad aliquam metam , vel alium similem actum, vel coniuncti omnes, vel in numeros discreti exerceant . Vt simul omnes, aut bini, terni, vel vt fors tulerit, alio numero sociati canant . Vt per hortum, villamve, in quam accesserint, deambulent. Vt martyria varia, quæ legitimissimum , & utilissimum spectaculum exhibēt, alio exempli gratia tyrannum, alio carnificem, alio martyrem siue personas alias agente , productis varijs fidei, spei, amoris, & aliarum virtutum actibus repræsentent. Hæc ergo & alia similia Magister obseruabit, vt discipulos salubriter recreet.

10. Leta verò exercitia hæc, præter multiplicem spiritus, & corporis utilitatem, id præstant Magistro vt dum discipulos liberiùs pro suo vnumquemq; ingenio agere finit, quis, quisque sit, facile perspiciat. Nusquam enim tam facile ingenium cuiusque exploratur, quàm vb naturæ laxantur habenæ, & quod placeat, quisque exequi finitur. At ob rationes

nes

nes multas status monastici proprias, cum quid indecorum Nouitij in ijs occasionibus admittunt, in subsequentium dierum exhortationibus Magister illum admoneat, vt ipse corrigatur, & tam ipse, quàm alij similia mala præcaueant. Quin etiam, ante solenniorum recreationum dies, fratribus omnibus modestiæ decorem commendat, vt sanctius recreentur. Adhuc enim ea admonitione præmissa, libertatis occasio ad ingeniorum & morum inspectionem, satis luci afferre solet.

*Cap. 12. De prudentia ad perfectionem
Nouitiorum promouendam.*

Ille sanè prudētissimus Nouitiorum Magister existimandus est, qui nouit excogitare, & exequi media ad discipulos breui perficiendos opportuna. Hic autem non agimus de medijs illis proculdubiò probatissimis, quæ votorum, Regulæ, Constitutionū, & Instructionū obseruatione continentur. Ea quippe media in laxis quoq; Religionibus præscripta

scripta sunt, & non ideo satis obseruan-
tur: in reformatis verò ideo obseruan-
tur, quòd ab idoneis Nouitiorum Ma-
gistris, nouelli discipuli medijs alijs pla-
nè spiritalibus ad eorum custodiã in-
ducuntur. Atque ideo, de his medijs, que
prudentiæ sanctorum propria sunt, nõ-
nihil modò dicendum est.

2 Et primùm quidem det operam Ma-
gister, vt discipuli maiora, quàm quæ
Religio præscripsit, præstare constitu-
ant. Exiguus quippe proventus sperare-
tur, si ad altiora, quàm iubeantur, mini-
mè aspirarent, quod per se perspicuum,
& experientia nimis compertum est.
Hanc verò magnanimitatè discipulo-
rum cordibus ingenerabit, si exemplo
ipse maiora præstiterit, & verbo mox
ad imitationem Sanctorum illos ani-
mauerit: quod vniuersè dictum sit. Sed
ad media aliquot peculiaritè descenda-
mus.

3 Notissima sunt media illa, quæ Con-
gregatio nostra præscripsit, & Votis,
Regulæ, Constitutionibus, ac Instructi-
onibus adiunxit, vt non modò Nouitij,
verùm & professi exercerentur. Morti-
ficati-

ficationes videlicet ordinariæ, & extra-
 ordinariæ, ordinariæ, vt oculos per di-
 es aliquot velatos, ostrâsuerfo modico
 ligno auribus religato obstructum ge-
 rere; extraordinariæ, vt scapulis hone-
 stè detectis sensimq; verberatis in Re-
 fectorium ingredi, genibusq; flexis cul-
 pas suas proferre. Huius generis me-
 dia quoque sunt, exercitia illa omnia,
 quæ in Nouitiorum Instruktionem, quar-
 ta præsertim parte, posuimus; siue ad
 orationis studium pertineant, vt matu-
 tina, & diurna actuum in Deum dire-
 ctio, Dei præsentia, ordinata & perennis
 oratio, quæ coram altari Sacramenti
 à fratribus exercetur: siue ad studium
 mortificationis spectent, vt abstinentia,
 & seuerior corporis maceratio ante
 sollemnissima festa suscepta, vt certami-
 na de rebus arduis ad passionum mor-
 tificationem fieri solita, vt vestes lace-
 ræ, vt exercitia humilia valentium, vel
 ægrotantium obsequijs destinata: siue ad
 virtutum progressum attineant, vt cer-
 tamen menstruum de virtutis vnus
 cultu, designato præmio, propositum,
 vt virtutis quoque vnus cultura per
 heb-

hebdomadas singulas proposita: siue ad intellectus illuminationem, & inflammationem affectus dirigantur, vt exhortationes quotidianæ, priuata colloquia, frequentissima consilia, & creber Sacramentorum vsus. Media hæc, & alia, quæ filemus, iã inter fratres nostros vim legis, longa & accurata obseruatione laudatissimæ obtinuerunt. Sed Magister alia, quæ sancto quodam artificio nouos fratres ad vltiorem perfectionem, sine tædio, perurgeant inuenturus est.

4 Erit ergo medium vnum, ad singulos erudiendos, & solandos appositissimum, vt per dies singulos vnum, aut duos è Nouitiis priuatim vocatos instruat, & peculiaribus monitis, quibus eos magis indigere perspexerit, erudiat: atquæ in hunc modum, in orbem, Nouitios omnes singulatim percurrès, ad caput redeat, rotamquæ hanc semper vertat. Quàm sit autem modus hic ad promouendam perfectionem efficax, viris vel mediocriter spiritualibus manifestum est; habet enim erga vnumquemq; plus amoris, plus pòderis,

ris, & æstimationis . Exercitia quippe
 mediâq; communia , quod ad vnum-
 quemq; excolendum spectat , vt expe-
 rientia docuit, cum hoc medio compa-
 rari non possunt. Arripit enim quisq;e
 quæ sibi peculiariter committuntur,
 multò auidius , quàm quæ confertim
 omnibus prærogari videt. Crescit reci-
 procius inter Magistrum & discipulos
 amor, crescit fiducia; enascitur inde fi-
 delitas maior, diligentia maior , quasi
 de rebus ad animum cuiusq; perficiē-
 dum singulari prouidentia dispositis,
 de quibus quisq; cum per orbem voca-
 bitur, rationē redditurus sit. Ne igitur
 pigritetur Magister, sed pascat singulos,
 & confirmet. Quod si Nouitiatus nu-
 merosus sit, nec ob multiplices labores
 officium hoc præstare possit: Socio pro-
 bato, ac fideli, quem habeat , hunc la-
 borem demâdet, vt scilicet de certis ca-
 pitibus, quæ ipse Socio præscribet, singulos
 in orbem Magistri nomine erudiat ; &
 ad ipsum, quicquid nouerit, referat, vt
 singulis opportuna remedia, auxiliave
 prouideat.

5 Alterum medium. Per annos singu-
 los quoddam examen siue scrutinium

Noui-

Nouitiorum faciat, designatis videlicet tribus, quatuorve diebus, ut quisque præmeditetur, qua potissimum passione acrius infestetur, ac proinde, qua nam virtute præsertim indigeat, & expleta præmeditatione, à Magistro vocatus, quid de se senserit, aperiat: Ut Magister ipse Nouitium ad sui cognitionem, ac victoriam iuuet. Postquam verò Nouitius, omnia retulerit, Magister attentè rem explorabit, & vel errantem corriget, vel benè de se iudicantem adiuuabit; ut per totius vitæ cursum certissimè statuatur, aduersus passionem illam, qua sentit se molestius vexari, bellum gerere, & ad parandam virtutem qua magis indiget conari, atque in eum finem, peculiaribus medijs à Magistro præscribendis uti. Medium hoc quàm sit utile, nemo rationis compos ambigere potest, cum ad sui cognitionem, ac victoriam, plurimum valeat. Omnibus ergo Nouitijs singulatim examinatis, & in classes iuxta passionum virtutumque delectum distributis, Magister proximis diebus factum examen subsequenter, consilia in hunc modum dare

dare poterit. Vocabit in Medium Oratorij; exempli gratia, eos, qui æstimatione sui vexati humilitatis virtute potissimum indigent: & vna exhortatione integra illos ad studium eius virtutis urgebit, præscribetque media prius accuratè perpensa, quibus per totius vitæ cursum, operam nauaturi sunt. Rationes, quibus vnus virtutis delectum, tanquàm medium ad Christianam perfectionem breui efficaciterq; comparandam opportunissimum persuadebit, habentur in nostra Instructioe Nouitiorum, tertiaparte, vnde illas petere valebit. Iam verò, vt propositum molestissimæ passionis subiugandæ, & virtutis maximè necessariæ, toto vitæ cursu, colendæ altiùs imprimatur; ac rem erit, in dicto die, omnes ad communionem solennissimam hortari, vante Eucharistiæ sumptionem, Concipitis verbis cultum virtutis perennem firmiter quisque proponat, absolutisq; verbis, vt inter nos fieri consuevit, Sacramentum sumat. Verba verò hæc aut similia proferentur: Magistro ad fratres conuerso, Sacramentumque
 sup
 ter
 Re
 ter
 ter
 vir
 m
 Ma
 ge
 6
 vir
 me
 tia
 ne
 ha
 tui
 gu
 pt
 an
 cu
 gò
 tu
 q;
 ne
 ro
 Pr
 vt
 sup

supra pyxidem, aut patenam eleuatam
 tenente. Dulcissime Deus, ac mitissime
 Redemptor noster Iesu Christe, Ego Fra-
 ter, N. infinita bonitate tua fretus firmi-
 ter propono, me, per totius vitæ cursū,
 virtuti (humilitatis) operam diligentissi-
 mē daturum : ad gloriam tuæ diuinæ
 Maieftatis, & purissimæ Virginis Mariæ
 genitricis tuæ.

6 Aliud medium erit, cuiusque Nouitij
 vires animi corporisq; perpendere, &
 monere, vt vnusquisq; aliquod pœnitē-
 tiæ genus excogitet, cuius desiderio te-
 neatur, ad Christianæ mortificationis
 habitum acquirendum, carnemq; spiri-
 tui subiugandā. Monebit autem, vt sin-
 guli, postquam rem cogitauerint, scri-
 pto notent, quod agere, (si obedientia
 annuerit) apud se statuerint, & ad ipsū,
 cum vocati fuerint, deferant. Scripta er-
 gò ad se perlata perleget, & moderabi-
 tur, ita vt neq; corpus nimis eneruet, ne-
 q; verò omnia prorsus improbet, aut
 neget. Magni quippe ponderis est, pue-
 ros crucis mortificationi assuescere.
 Propendeat verò in partem mitiorem,
 vt modicum sit: quod concedit: Sic e-
 nim

e

nim

nim prudenter sperare poterit. Nouit se-
 os, quod semel statuunt, ubiq; ad sen-
 ctutemq; vsque seruatuos. Quando
 verò illos alijs laboribus exercuerit, in
 alijs animi anxietatibus, aut tempor-
 iniuria, puta nimio æstu afflicto, con-
 spexerit, meminerit præcipere, ut gra-
 diebus, decretam corporis macerati-
 nem, puta catenulam, cilicium, vel
 iunium super erogationis intermittat
 lam autem per se planum est, à prop-
 sito hoc, tēpus infirmitatis, excipi. E-
 cipitur quoque tēpus, quo, vel ex vo-
 vel ex præcepto, aut consilio obedie-
 tiæ aliquid magis vel æquè asperu-
 præstant. Excipitur præterea nouu-
 Superioris mandatum, quod iustis
 causis fratribus iam professis, & al-
 grauioribus occupationibus inter-
 imponi posset. Quibus omnibus re-
 consideratis remanet moderatū quo-
 dam sanctæ mortificationis exerciti-
 quod firmiter arreptum, & perse-
 rāter obseruatū carnis equū fallacē
 mat, & immēsa spiritus bona produc-
 7 Aliud medium erit, triū capitū præ-
 cipalium præscriptio, quomodo scilicet
 se

uit se erga Deum, erga seipfos, & erga pro-
 fen ximos perfectè gerere debeât. Designa-
 and tis nêpe paucissimis regulis, quas ad cor
 t, v in Deum erigendum, ad seipfos intrinse-
 pot cus, & extrinsecus ordinandos, & bo-
 col nam cum proximo conuersionem ex
 vt grauitate ac hilaritate compositam ex-
 at ercendam obseruare conentur. Ex-
 el emplum sit. Ad cor in Deum erigen-
 ta dum, multiplex actus fidei, spei, amo-
 op ris & contritionis cum solita Dei præ-
 E sentia coniunctus. Ad seipfos ordinan-
 rot dos, multiplex abnegatio propriij appe-
 lie titus, puta septies saltem, aut octies sin-
 ru gulos dies repetita, & cum peculiari o-
 un culorum, & linguæ custodia concilia-
 tis ta. Ad conuersionem proximorum,
 al sermo parcus, & spiritualis, & cura pro-
 em ximis cedendi, & placendi, quoad, sal-
 re ua disciplina monastica, licebit. Etenim
 uo si quis pauca hæc monita tenaciter ap-
 citi prehenderet, methodicè proficeret, &
 seu breui perfectus euaderet.

8 Aliud mediū erit extraordinaria cō-
 luc munio ijs, qui aliquid solito mai⁹ & sã-
 pri etius egerint, præmij loco concessa. So-
 ilio lito maius, & sanctius intelligimus, ora-
 ce tionem

tionem longiorem, abstinenciam rigidiorem, strictius silentium, modestiam perfectiorem aliisque similia. Medij huiusmodi utilitas ex eo perspicitur, quod in aliorum exemplum cedit. Cæteri qui Novitij, vnum præ cæteris Sacramentum charistiam sumere cernentes, causam quæ in cultu perfectiore virtutum posita esse scientes, produlbio emulationis multo tangetur.

9 Aliud mediū erit, sponsio de alicuius virtutis exercitio prudenter facta. Prudenter scilicet facta: quia nonnulli spirituales viri cursum perfectionis incitatu sponciones simul innumeras de plurimarū virtutū cultura in calore spirituum faciunt; cū exploratū sit, eos non modo tot tantarumque virtutū studiū non potest iuxta sponcionis modum explere, verum neque iuxta humanam fragilitatem virtutum posse meminisse. Quocirca eiusmodi sponciones pereunt cum nitu verborum, quæ in ijs faciendis uenter proferuntur. Sponcio ergo, promovendæ perfectioni medium positum esse dicimus, multiplex esse debet. Sed vna vel altera virtute,

sim

simplicissima: vt scilicet animus tanto
 plus virium ad opus vnum conferat,
 huiusmodi quantò minùs rerum multitudine diffi-
 cultatur. Proponet ergo Magister cum ei
 expedire videbitur silentij, exempli
 causa, certamen extraordinarium, ad
 quindecim, aut viginti dies, proposito,
 v.g. trium Missarum præmio ei, qui per-
 fectissimè omnium à verbis abstinuerit.

Dabitq; operam hoc & similibus alijs
 medijs ad eò discipulos vrgere; vt si ex-
 cedendum sit, nimia potius tenacitate
 mediocritatem excedant. Hi quippè
 sunt excessus in Nouitijs laudati qui ad
 tenendum, reliquo vitæ cursu, mediũ
 destinantur. Sponsiones igitur hæ sic
 fiant, vt Magister à discipulis extrema
 propemodum requirat. Sic inter no-
 stros, Nouitij ita sanctè filere solent, vt
 per menses multos, solo cum Magistro
 verba necessaria faciant: in cæteris ve-
 rò occasionibus, pro verbis vtantur.

Aliud medium, vt in solennioribus
 festis, qualia sunt Paschata, & alia simi-
 lia, coram Oratorij altari, vel alibi Ma-
 gistro dictante Nouitij omnes egregios
 fidei, spei, amoris, contritionis, magna-

nimitatis, & aliarum virtutum actus, ad
 ditis quoque gestibus idem significan-
 tibus, multa cum animorum, & corpo-
 rum alacritate producant. Nam pra-
 ter animorum commotionem, quæ (v-
 dicitur) ad vocem populi solet esse ma-
 xima; animi benè ad res diuinas affecti
 in eorum dierum recreationibus, reli-
 giosius agunt. Ad rem hanc procul
 dubiò conferent virtutum acclamatio-
 nes, & anathematismi vitiorū; de qu-
 bus in penultimo huius libri capite scri-
 bebimus. Huic medio annectimus aliu-
 nostris fratribus vsitatum, diebus festo-
 rum solennium, quando scilicet Magi-
 ster ostense Sacramento nonnullos
 dei, spei, amoris, contritionis, aliarum
 ve virtutū act' ardenter profert, omni-
 bus simul fratrib' eadē Magistri verba
 repetētib': moxq; cōmunio celebrat-
 11 Aliud medium, vt Magister quasi mi-
 litum ductor, qui suos milites ad urbem
 expugnandam, pro concione, adhorta-
 tur, Nouitios exhortatione in id factū
 vehementer impellat, ad virtutum ali-
 quam eximiam, puta, diuinam charita-
 tē fortissimis cordis motibus, per quo
 coelum

cœlum violèter rapitur, postulandam;
& per dies aliquot, puta, octo, aut decē,
detecto quotidie per horam dimidiam
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento
omnes ad spem inuictissimam concipi-
endam, & cor, modico illo tempore
validissimè in Deum erigendum exhor-
tetur, peractaꝫ admonitione breuissi-
ma simul cum eis intentissimè oret. Me-
dium hoc planè efficax est, ad animos
extimulandos: & præter bona alia mul-
ta, quæ parit, singulare hoc bonum af-
fert, vt Novitij, perfecti oratores eua-
dant. Ex vno quippe huiusmodi cona-
tu, & experimento, cor sursum ferri,
& languorem, capitalem orationis ini-
micum, depellere discit: atque adeò, sta-
tas quotidianæ orationis horas, vtilius,
quam dici possit, insumit. Ex quo effici-
tur, vt occasione huius mediij, vel alteri-
us similis, multi è Novitijs, incredibili
cordiũ, corporũq; mutatione, ad totius
vitæ processũ, velut in Angelos trāsfor-
mètur. Dabit autè operã Magister cùm
hoc medio vti decreuerit, in conspicuo
omnibus Novitijs loco, se ad eam dimi-
diam orationis horam ita corpore, vul-

tuq; coaptare, vt discipuli eius spiritum
& positum, seu compositionem corpo-
ris imitantes, omnem deformitatem
inquietudinem, strepitumq; vitare, &
quasi rem feriam acturi, se aptare con-
discant. Monebit autem, ne nimio cor-
poris, capitiscq; conatu orent: ijs quippe
in occasionibus noui fratres adhuc spi-
ritualium rerum ignari, naturam læde-
re solent.

12 Media hæc, ad exemplum, proposui-
mus, vt Magister prudens his vtatur, &
alia, horum occasione, per se inuenire
curet, ad spiritum alendum, & perfici-
endum. Patres certè nostri status mo-
nastici conditores media multa austeri-
ora ad hunc eundem finem exercuerunt.
Quosdam enim funibus ligatos in me-
dium monachorum cœtum produci,
atque ibi culpas grauiores confiteri iu-
bebant. Alios è monachorum cœtu ve-
lut Congregatione iustorum indignos,
extra Cœnobij portas pellebant. Alios
ridiculè indutos, tanquàm amentes, ad
medios populos destinabant. Alios in-
fontes seuerissimis pœnis exercebant.
Hæc & alia similia fortissimis Christi
mili-

militibus digna præstabant, qui disciplina monasticæ laude claruerunt: nos verò delicati milites leuiora experimenta vix ferimus. Benè est, vt (Dei gratia) in Religione nostra Beatæ Virginis, & fundatricis nostræ Terefiæ Sapientia & labore, multa quæ Patribus antiquis erāt in vsu, suscitata & in morem inducta sint: optādum quæ est, vt Religiosi omnes, Magistri præsertim Nouitiorum, adhac gloriam maximam, Ecclesiæ toti vtilissimam aspirent.

13 Nouissimum prudentiæ consiliū, quod hic Magistro impensè commendamus est, oratio assidua, qua cum gemitibus multis à Clementissimo Deo, ac Redemptore nostro Iesu Christo, spiritum Sapientiæ, & gratiam ad Spiritus instruendos, & discernendos, & Christianam perfectionem promouendam, instantissimè postulet. Ad functionem quippè tam piam, & grauem, credendū est, præsentissimum Dei auxilium affuturum, si, vt par est, cum fide, ac perseverantia postuletur.

e 5

P A R S

PARS TERTIA

De Doctrina Nouitijs tradenda

Cap. 1. De communibus doctrinae capitibus.



Magna sanè doctrinæ pars in bono delectu posita est. Mundus quippe libris, & scholis plenus est; & tamen paucissimi ad veram sapientiam, hac præsertim ætate, pertingunt. Quocirca Magister certè apud se statuatur, rem Deo acceptissimam Religionique saluberrimam se facturum, si doctrinæ tradendæ rationem habeat, & prudenter eligat.

2 Ponendum est hic, Nouitiorum Magistrum insigni doctrina excultum esse debere: non enim virtutes tantummodo egregie, quales in parte prima depinximus, verum & eximia quoque doctrina, ad discipulos illuminandos, perficiendosque requiritur. Quapropter eæ Religionēs, quæ auctiore spiritu Dei aguntur, in Magistros nouorū fratrum, viros doctissimos assumunt. Cuius certè cō-

filij

A filij ratio in promptu est , quia sicut ad rudes animos excolendos opus est mira prudentia, ita ad implexas multiplices quæstiones subinde exortas dissoluendas, præsertim, quâdo Nouitij nonnulli doctrina pollent, & in humilitatis officio continendi sunt, singulari scientia sapissimè vtendum est: & nisi gratia Dei copiosissima suppleat, quod scientiæ deesse solet, Magisterium istud sua auctoritate, ac decore, ac proinde fructu inde prouenturo proculdubiò caret. Experientia quoq; hoc ipsum conuincit: vix enim dici potest, quantò altius imprimatur Instructio Magistri, quem non modò spiritualem, verùm & doctum discipuli nouerunt, quàm illius, cui alterutrum deesse conspiciunt.

3 His ergo positis Magister ad sana dogmata Nouitijs consentanea & ad docendi methodum animum aduertat: quæ sunt duo capita, ad quæ omnis penè doctrinæ tradendæ ratio reducitur. de primo nunc, de secundo, in proximo capite scribemus. Et quidè primū caput quod sanā, consentaneamq; discipulis doctrinam complectitur, quod ad pri-

primam sui partem spectat , nempe, sana tutave doctrina sit , non prolixè nobis tractandum est : credendū quippe , nihil non pium ac tutum eiusmodi auditorib⁹ prædicandū, aut si fortè per incogitantiam labatur, à Magistro humiliter corrigendū, nè simplicib⁹ animis, qui quid dicitur velut, oraculū accipiētibus noceat. Secūda potiùs hui⁹ capituli pars nimirū, vt doctrina Nouitijs consentanea sit, longiorē speculationē requirit.

4 Huius verò speculationis duplex labor est, vnus in designandis ijs , quæ proportionē habeant, alter in ijs excludendis, quæ à proportione discrepant. Proportionē sanè habet doctrina multiplex de orationis studio , de mortificandis passionibus, de virtutibus acquirendis, de modo resistendi tentationibus , de ratione rectè , ac fructuosè confitendi , | Eucharistiamq; sumendi de modo sacrum audiendi, de ratione religiosè recitandi , vtiliterq; legendi , de directione actuum in Deum , de vsu præsentia Dei , alijsq; similibus: qui certè campus & latissimus patet , & extra controuersiam, alij do-

doctrinis anteponeendus est. Hunc ergo campum Magister perambulet, & Nouitios ea fecunditate abundè pascat.

5 Alias verò doctrinas, vel subtilitate, vel dicendi copia laudatas, quibus capita orationis, & compūctionis studio dedita obtunduntur, ne nominet quidem. Genus enim quoddam est adulterandi verbum Dei, conceptus Metaphysicos, & Rethoricis exornationibus artificiosè coloratos, modò genitis in Christo infantibus, prædicare. Grauia, sancta, simplicia, spiritu Dei afflante prolata, pastus proprius Nouitiorum est. Huc spectat aliqua Sacræ scripturæ lectio, qua Magister nōnunquam vti poterit, id primum obseruans, vt ad spiritum Dei alendum illam nouis fratribus attemperet. Idemquæ ad proportionem de alijs pijs lectionibus ad culturã Nouitiorũ, Magistri sententia, pertinentibus, asserendum est.

(?)

c 7

Cap.

Cap. 2. De modo doctrine tradenda,
sive de methodo exhortati-
onum.

2 **P**arum certè proderit, exactè nosse, quid sit prædicandum nisi modum benè prædicandi quis nouerit. Quocirca de methodo, ut in capite proximo polliciti sumus, nunc agendum est. Principiò igitur Magistrum in Domino vehementer hortamur, ne fortuitò procedat, & absque methodo, prout fors tulerit, exhortari, satis esse censeat. Sic enim, nunquam discipulos satis erudiet, dogmata confundet, nihil certi Nouitij è concione reportabunt, & anno expleto rogati de doctrina tradita, respondebunt profectò, se nihil didicisse; vix enim, incomposito illo exhortandi modo, aliquid se discere depræhendunt.

2 Loquatur ergo à consilio, & tractatū aliquem ex ijs, quos recensuimus à principio vsque ad finem persequatur: illoque absoluto alium incipiat similiter, & absoluat. Exemplum sit, tractatus Orationis à primordio, ad finem vsque difertè

fertè expositus, & discipulis coaptatus, ita vt absoluto illo, partes orationis exercere, communes orationum errores vitare nouerint. Exemplum alterum fit, tractatus de passionibus ab initio ad finem vsque percursus, & Nouitijs adeò distinctè traditus, vt eo audito, iam se ipsos introspicere, passiones suas dignoscere, & aduersus eas bellum gerere possint. Idem pariter, de tractatione alia qualibet dicendum, nempe, vt si de virtute aliqua, puta, de Obedientia dicere incipiat, principalia eius virtutis capita exponat, & ponderet; ita vt Nouitij, quid obedientia sit, quæ circumstantiæ ad perfectum eius usum requirantur, quæ sint vitia obedientiæ integritatem corrumpentia, pernoscant. Hoc quippe modo, mirum dictu est, quantum in monasticæ disciplinæ peritia, praxique proficiant. Profectò breuius, quàm inexperti credant, noui fratres purgantur, & non modica ex parte perficiuntur.

3 Neque huic doctrinæ methodo obstat occasio multiplex occurrètes Nouitiorū culpas corripiendi; quarum correctio

reptio si differretur, restincto illarum sensu, aut inutilis, aut parùm utilis foret: quia correptio ordinariè brevis esse debet, ac proinde tempus persequendis tractatibus cœptis non adimit: aut certè, si ob circumstantias correptio alicuius culpæ integram exhortationē exposcat, non inde concluditur, vt passim id contingat, & omnis exhortationum ordo perturbandus sit.

4 Iam igitur hoc posito, vt Magister nõ fortuitò prædicet, superest vt aliam modi seu methodi obseruationem accipiat, quæ non in rerum, quæ tractantur, ordine, sed in ipso dicendi modo consistit: qui certè modus licet non sit omnibus communis (Dei quippè donum est) est tamen absque dubio mirabilis methodi perfectio, quoad fieri potest, à Magistris omnibus exquirenda. Modus ergo hic ex rationum connexione, actionum decore, verborumquæ proprietate conflatur. Cõnexio rationũ mirificè prodest, ad erudiendum, & illuminandum, decor actionum ijs quæ dicuntur vitalem quãdam vim ingenerat, quæ ad mouendum magnoperè confert verborum
pro-

proprietas proculdubiò delectationem
parit.

5 Studeat ergò Magister quæ dicturus
est, aptè disponere, rationesquæ pocas,
& expensas ad exhortationes singulas
cōnectere. Studeat decoris gestibus pro-
ferre, vultum, vocem, totiusquæ corpo-
ris motum, loco & personis attempera-
re, excessum, vehementiam, vocis elati-
onem nimiam, quæ ad mites Novitiorū
animos instruendos minimè necessaria
sunt, vitare. Studeat denique verba pro-
pria sine affectatione sententijs adapta-
re, superflua quæquæ præcidere, doctri-
nam, quæ distinctè tradi debet, verbo-
rum confessione non obtenebrare. Et
quidem observationes hæ ex ipsa benè
dicendi arte spontè sua nascuntur: Ma-
gister verò his contētus esse non debet:
sed diuinæ gratiæ auxilio debet inniti: vt
si talento careat, spiritus diuinus copio-
sius adsit, si habeat, spiritu eodem dotes
naturæ perficiantur, ad animos discipu-
lorum excolendos.

Cap.

Cap. 3. De diuersis exhortationum
modis.

1 CVM exhortationes Nouitiorum
quotidianæ esse debeant, vt ex re-
formatarum Religionum vsu perspici
potest: opera nauanda est, vt fastidium,
quod forma vna semper repetita gene-
rat, varietate extenuetur. Quocirca Ma-
gister studeat novos interdum modos
excogitare, qui animos alliciant, & no-
uitate intercalata delectent. Nemini
quippe dubium est, quin delectatio vti-
litati admista id boni præstet, vt que vti-
lia sunt, & obrepente tædio minùs vti-
liter ab auditoribus acciperentur, aui-
diùs, ac proinde fructuosius accipiãtur,
quando, absque molestia, immò cum
voluptate traduntur.

2 Magister ergo, præter communem di-
cendi morem, qui si bonus sit, à discipu-
lis perceptus & ex forma cognitus, sine
ambiguitate, prodest: vtetur nonnun-
quam modis alijs, qui Nouitijs, ex con-
suetudine noti nõ sint. Exemplum fit, si
fratribus circumfedere iussis, Magister
in media velut area sedens, pictam v.g.
homi-

hominis imaginem, extensa carta in solo iacentē interpretetur; omnibus scilicet attente spectantibus, ipsoq; arundine, seu virga aliqua in id coaptata, partes hominis indicāte, vbi scilicet passiones excitētur, vbi sit orationis sedes, vbi rerū imagines formentur. Hac enim arte animi capiuntur, delectantur, breuiusq; & facilius quā voce tenus illuminantur, & salutarem doctrinam imaginibus expressam firmitus, diutiusq; conseruāt: quod experientia satis compertum est.

3 Modus alius extraordinarius fit, designatis tribus, quatuorve Nouitijs in Oratorij medio sedere iussis, & certas sibi ante id tempus à Magistro traditas interrogationes ad omnium instructionem proponentibus; diserte vnicuiq; respondere, ac doctrinam vniuersis fratribus ea forma delectabiliorem efficere. Exemplum sit, si vnus è quattuor in medio existentibus sciscitetur, qua ratione orationis mētalis partes disponēdę, ac exercendę sint; si alter roget, quali Dei præsentia in officio diuino persoluendo, sit vtendum. Si alius petat, quo pacto irę passio cōpescenda sit. Si deniq; aliud

alius querat, quænam sint perfectæ obedientiæ conditiones, aut circumstantiæ, quæ passim exerceri debeant. Ecce, ex occasione interrogationum Magister doctrinam suauiter variatam discipulis vtilius tradet, quàm si eandem solito more semper tradere perseueraret.

4 Modus alius esto, vnum è Nouitij interrogare, quid v.g. de statu monastico sentiat, & vel errantem corrigere, vel rectè dicentem adiuuare, amplificata scilicet doctrina, eo modo, quem Magister ipse ad exhortationem præmeditatus fuerat, decernens de bono status monastici differere. Etenim, vel solus ille modus exhortationem incipiendi fratres attentiores effecit.

5 Modus alius à loco extrinsecùs affixus sit, Oratorium à cõsilio, præ diebus alijs, ornare, floribus ve inspargere, ita, vt fratres inopini locum illum gratiores solito inueniant. Ex hoc enim ipso, è vestigiò conijciunt, aliquid solito maius ibi agendum esse; ac per hoc auidius animos exhortationi adaptant, doctrinamque accuratiùs ponderant. Erit autè ad rem hoc vti modo, cùm Magister aliquid

quid

quid magni ponderis Nouitiorum animis altiùs imprimere cupit.

6 Modus alius efficax valdè in sacræ communionis opportunitate inest: vt scilicet statim à Sacramenti receptione; antequàm fratres ab Oratorio recedât, Magister benè tunc affectos, ac molles exhortetur. Porrò rem esse vtilissimam & ratio, & experientia docet.

7 Modus alius compendiosus fit, selecta, exempli gratia, virtute aliqua, de qua Magister verba facere decreuit, fratres genua flectere iussos breuissimè hortari, & maiorem temporis partem producendis virtutis illius, & aliarum similiù actibus impendere: ita nimirum vt Magister præeat dicendo affectusquè excitando, discipuli verò respondeant, firmissimè proponendo, & omnem difficultatè, pro cultu virtutis superare decernendo. Modos hos, ad exemplũ proposuimus: prudens verò Magister his vti, aliosquè inuenire valebit.

Cap.

Cap. 4. De scopo exhortationum,
& via, qua Nouitij ordinariè
ducendi sunt.

EXhortationum Scopus est Nouitios purgare, illuminare atq; perficere: purgare scilicet à vetustis vitijs, & præsentibus culpis ac ignorantia: illuminare clarissima & formosissima luce virtutum: perficere suavissimo diuini amoris, & vnionis studio. Verū discriminis ratio habenda est: quia tertiū hoc, & omnium plane maximum, licet à Nouitijs quoque sit optandum, parca tamen exercendū est, cū sit opus perfectiorum, & ipsi perfecti non sint. Debent illi sane à principio instrui, vt actus oēs suos amore Dei, siue propter Deum efficere conentur. Et si enim Incipientes sint, non ob id finem inspicere non debent: si enim diligunt Deum super omnia, quippe qui aliter, ne Incipientes quidem essent, a quō erit, vt propter illū omnia agere meminerint, quem super omnia, & propter quem omnia diligere cæperunt. At caueant, ne exercitia illa sublimia, quæ animas passionum victorij,

storij, & virtutum iam luminibus illustratas decent, audacter attingant: Omnia quippe tempus habent.

2 Magister ergo ne permittat discipulos ordinem inuertere: sed moneat, vt oculos mentis in statū perfectorū intēdentes, & eò pertingere satagentes, viam, quę vitiorū expurgatio, & virtutum acquisitio est, inuicta fortitudine cōficiāt. Dabit quę operam, vt similes euadant viro sapienti, qui ædificauit domum suā supra petram: Exhortationesq; in id ipsum diriget, meditationes, & exercitia pariter in eundē hūc scopū collimabit.

3 Cauebit igitur errorem illum enormem, quo pleriquē non modò sæculares, verū & Religiosi apparenter spirituales tenentur: qui nescio quibus internis actibus intentissimi, de mortificandis passionibus, de propria voluntate iudicio quę abnegando, de carne maceranda, de virtutibus per sudores & agones comparandis minimē cogitant.

4 Studebit potius, vt Nouitij hæc omnia, quæ via vitæ arcta cōplectitur, mēte complectantur, & exequantur, vt legitime certent. Huc labor pene omnis
debet

debet incumbere, quia hic omnis pen-
difficultas sita est.

5 Docebit ergo Nouitios recenter in-
dutos initium Sapientiae timorem scilicet
Domini: Instruetque illos quatuor
nouissimorum meditationibus. Doce-
bit modum mortificandi passiones, et
simul malos vitiorum habitus contrari-
arum virtutum actibus extirpandi. In-
ducet illos sensim in meditationem, et
imitationem passionis Iesu Christi Do-
mini Nostri. Et hanc methodum ordi-
nariè seruabit; nisi Nouitius aliquis iusta
de causa, puta, quia in saeculo hæc ipsa
satis præstitit, vel quia eius ipiritus bene
exploratus singulare quippiam persua-
det, aliter ducendus esset, sanctum deni-
que odium parentum, amicorum, et
omnium bonorum mundi, perfectam
que renuntiationem, omnibus recenter
indutis persuadebit.

*Cap. 5. De regulis in exhortatione
obseruandis.*

Neminem è viris spiritualibus fugit
obseruationes peculiare ad salu-
briter hortandum esse necessarias: multa
quip-

quippe ibi temperanda, multa leniter, multa grauer proferenda, multa prætereunda, & alijs modis varianda.

1 Prima ergo regula fit, vt Magister amorem potiùs quàm timorem dicendo capter, Sic cordium Dominus erit, & Nouitios flectet, quò voluerit.

2 Secunda regula. In correptionibus, ne vtatur verbis contumeliosis, sed suauibus, & ad cor emolliendum opportunis.

3 Tertia regula. Ne sic minax, grauia supplicia crebrò prædicēs, si quis ei præcipiēti non paruerit: experientia quippe constat eas minas vulgò parū prodesse.

4 Regula. Ne vociferetur: neque enim locus, vel auditores id requirunt.

5 Regula. Ne nimis grauer, vel imperiose loquatur: sic enim animos alienaret.

6 Regula. Excuset interdum culpas extraordinarias, quas commissas fuisse nouit, aiens difficile creditu esse, eas, nisi per incogitantiam, admissas fuisse; & mox sic exculatas, & à personis abtractas, vehementer execretur.

f

7 Re-

7 Regula. Leuiiores imperfectiones, in quas aliquis sæpè monitus relabitur, sæpè in exhortationibus dissimulet: maius quippe scandalum seu damnum culpa sæpè repetita, & notata aliis infert: quantum sit bonum quod correptio crebrò repetita relabenti affert. Priuatim verò illum admonabit.

8 Regula. Religionis amorem, & ministrationem quoque caremoniarum æstimationem sæpè persuadeat, & repetat.

9 Regula. Verarum virtutum amorem, & imperfectionum odium frequenter commendat.

10 Regula. Ante solennissima festa, hortabitur ad idoneam præparationem, leui aliqua re, puta trina prostratione, vel actu alio simili par dies aliquot communiter iniuncto, ad spiritum excitandum, vt maiora discipuli priuatim posciant.

11 Regula. Hortabitur crebrò ad regularem obseruantiam, vt fratres celerimè in actus communes, signo dato, conueniant, & tabellas ad matutinum orationem pulsari solitas arripiant.

12 Regula. Monebit frequenter, vt perennis illa oratio, quæ à fratribus nostris coram

coram Sacramento fieri consuevit, fidelissimè exerceatur.

13 Regula. Hortabitur sæpe, modosq; præscribet, ad modestissimè cum alijs agendum, siue cum Religiosis, siue vbi occasio id tulerit cum sæcularibus: neque Nouitios rudes, & insuaues esse patietur.

14 Regulas has exempli causa propositas, aliasq; similes, quas per se Magister inueniet, ad fratrum culturam obseruabit.

Cap. 6. De exigenda oratione exhortationum.

1 **M**onebit Magister ne Nouitij, sæcularium more, audiendis exhortationibus affuescant; quasi satis eis sit, modico illo tempore, quo fit exhortatio, ad pietatem inflamari, neque aliud imposterum prospicere. Sic enim Magistrum audire debent, vt scientiam Sanctorum ediscant; & quæ didicerint, ad posteriorem usum conseruent.

2 Exiget ergo nonnunquam, eorum, quæ dixit, rationem, vt discipulos vigilantiores efficiat; monebitq; vt selectissimas aliquot exhortationum sententias,

f 2

aut

aut verba sacrae scripturae, vel Sancto-
rum quibus Nouitij se commoueri sen-
ferunt, scripto notent: & ad eas relegen-
das, tempore praesertim ariditatis, inducat
3 Quam sit autem rationi consentanea
persuasio haec, ex eo perspicitur, quod
viri spirituales ex sanctorum doctrina
student ea vitare, quibus anima arescit
illa vero diligenter exquirere, quibus
deuotionis sensus excitatur. Atque idem
consilium saluberrimum est, vt Nouitius
us quisque a sua renuntiationis initi-
huic Sanctorum doctrinae acquiescat
& in codice notet non multas, aut longas
gas, sed paucas breuesque sententias, quae
cor emolliant, compunctionis sensum
ingenerent, desideria aeternorum bono-
rum excitent, moerorem expellant
& Religiosos alacres ad omne pietatis
opus expediant.

4 Verum, quod Nouitiorum fidem
animum Magister experiatur: ad rem
erit, vt omnes ad locum opportunum
quandoque conuocet, & quae dictabit
scripto excipere iubeat. Dictabit autem
paucas, & facile selectas, quae ipse no-
uit, eis profutura; monebitque para-

sint, ea cum rogati fuerint, fideliter referre. Hæc autem, quæ tunc suggeret, esse poterunt documenta aliqua, quæ memoria retinere; magni ponderis sit, vel verba aliqua, quibus communiter omnium Nouitiorum animos inflammatos fuisse compertum est.

5 Postquam verò in memoriæ exercitium deuenimus, vtile consilium erit, Nouitios in propria ipsorum Instructione exercere: proposito nimirum præmio aliquo ei, qui rogatus, de prima v. g. aut secunda Instructionis parte, summam paragraphi cuiuslibet, fidelius, promptiusque retulerit. Sic enim æmulatio de alterutra, proficiet, tempusque in re utilissima fructuosè insument: quod in tenera præsertim ætate maximi ponderis est.

Cap. 7. De distributione exhortationum, ac tempore exhortationis præfigendo.

POnendum est hic, singulis diebus, excepta die, qua capitulū per hebdomadas singulas celebraſ, exhortationem faciendam esse, quod Magister fi-

diffimè obseruabit, ne conceptus Spiritus sancti calor elangueat. Sic autem exhortationum dies temperandi sunt, vt non semper ibi de culparum correptione lagatur. Feria ergo secunda, & quarta (solenni festo, seu professionis die aliquid non exigente) fratres à Zelatore, (qui erit Magistri Socius) admonitos, vel à seipsis accusatos breuiter corripiet; moxque exhortationem habebit.

2 Feria verò tertia, & Sabbato exiget rationem de cultu virtutum, quibus eo tempore fratres studuerint, simulque de præsentia Dei, hoc est, quo pacto ijs diebus Deum præsentem cogitare, & coram ipso erigere assuescant: quo item modo Dei præsentiam, & cum virtute, quam per hebdomadam illam colere nituntur, conciliare studeant. Debent enim meditationes, seu bonas cogitationes à Dei præsentia enascentes ita virtuti, de qua paràda cogitant, adaptare, vt vim à præsentia Dei conceptam ad virtutem acquirendam conferant; quem admodum fratres nostri semper consueuerunt.

3 Feria quinta, exhortatio ordinaria fiet.

fiet, sicut & die Dominica, nisi concio
 in Ecclesia habeatur, cui, in loco à sæcu-
 laribus separato, atque tecto, Novitij, cū
 cæteris fratribus intererunt. Iam verò
 omnibus ijs diebus, quibus fratres No-
 vitij Eucharistiam sument, loco recrea-
 tionis solitæ, fiet spiritualis collatio, de
 festo, vel Evangelio occurrente, vel de
 re quavis, ad spiritualem profectum op-
 portuna, Magistro sciscitâte ab vnoquo-
 que discipulo ac deinde ex collatis sin-
 gulorum sententijs proposita definien-
 te. Vbi iubere poterit, vt quisque dubia
 quæuis, de exercitijs, actibus, vel vni-
 uersè de spiritali profectu proponat;
 eaquæ decideret, vt responso vno cuncti
 erudiantur. Si autem res ardua sit,
 respõsum differat, quousque rem per-
 tractet, & si opus fuerit, alios consu-
 lat.

¶ Quod ad exhortationis tẽpus spectat,
 ultra horam dimidiam exhortatio non
 procurrat, nisi extraordinaria aliqua ra-
 tio oppositum persuadeat. Eiusmodi
 quippe tempus sufficit ad spiritualem
 quotidianumquæ pastum: experiẽtiaquæ
 constat, spirituales etiam auditores &

prolixis concionibus infigne damnum
 accipere. Nam quod ad certam vsque
 metam, puta ad horam vsque dimidia
 profuerat, animumque ad pietatem ex-
 citauerat, succedente concionis æquo
 longioris tædio, ab anima prolixitatem
 fastidiente velut euomitur. Subest effi-
 cax ratio multiplex ad rem hanc per-
 suadendam: nam cursus exhortatio-
 num, non vna tantum quadragesima
 vel alio tempore definito durat, sed pe-
 rennis est, ac idè mediocritate tempe-
 randus. Præterea Nouitiorum animi
 non indigent proæmijs, & verborū ap-
 paratu, aut eruditione multa, quæ publi-
 carum concionum partem exigua si-
 bi vendicant: sed mera instructione, ve-
 modica affect⁹ excitatione. Deinde, ve-
 Magister, suauiter dicit, vel insuauiter
 hoc secundum, perspectum est, tempus
 dicendi corripere debere, ne nimis displi-
 ceat, & grauet: si primum, prudētia sug-
 gerit, ne suauitatem prolixitate, siue im-
 portunitate perdat, præterquam quòd
 rectius consilium est, auditores audi-
 endi cupidos, quàm saturatos relin-
 quere. Appetentia quippe Instructioni
 spi

Spiritum alit, saturitas fastidium creat°

Cap. 8. De catalogo eorum, quæ à Magistro docenda sunt cum subiectis annotationibus.

1. **F**Ratres omnes recenter indutos instruet Christianæ doctrinæ notitia perfectiore, quàm quæ in sæculo passim habetur.

Annotatio. Fidei mysteria ita Nouitijs explicabit, vt non sola quantūuis fidei articulorum fidei memoria contenti sint; sed vt mysteriorum sensum capiant, & rationem eorum aliquam redderent. Expedi enim, in oblatis plerisque occasionibus, non modò fratres Choristas, verùm & laicos, & donatos Doctrinæ Christianæ præcones esse, præfertim cum de missionibus cogitemus.

2. Docebit diuinæ legis præcepta, altiore modo, quàm qui apud sæculares in usu est, æstimare, & in medio corde recondere.

Annotatio. Exponet breuissimè Decalogi fontes & præcepta, ità vt Nouitij maiorem solito eorum notitiam pariât.

Quid scilicet sit, Deum super omnia diligere,

ligere, ex toto corde. Quid sit Deum colere. Quid sit proximum sicut seipsum diligere, &c.

3 Docebit votorum solēnium sensum, & obligandi vim.

Annotatio. Breviter exponet, quid sit vouere Deo, quomodo obediendum, vt voto satisfiat, quomodo sit obseruandum votum castitatis, & paupertatis, & votum item non ambiendi, quod Congregatio nostra adiecit. Si enim vota hec in professione emissuri sunt; æquum est, illorum vim sensumque pernoscant.

4 Docebit Regulæ obligationem & sensum ad breuissima capita redactum.

Annotatio. Sine vllis quæstionibus tutiores Regulæ interpretationes Nouitijs tradet: ostendetque quonam modo in Regulæ transgressione peccetur.

5 Docebit Cōstitutionum obligationem.

Annotatio, Non est necesse Constitutionum volumen percurrere, neque verò aliquid ex eis, nisi Magister rogetur, interpretari: cū Constitutiones earum, quæ passim obseruandæ sunt perspicuæ sint, & in Refectorio quotidie, per capita, legantur. Illarum ergo obseruationem,

tionem, æstimationemque monebit.

6 Docebit Instructionū observationē.

Annotatio. Nihil hic immorari opuse-
rit: sed Novitios admonere, vt Instru-
ctiones officiorum, quæ exercent, fidi-
simè seruent; easque statim ac officia
eis, iniunguntur, attentè legant.

7 Docebit cōpēdium Orationis, quod
in Instructione Novitiorum habetur

Annotatio. Compendium illud com-
plectitur, quicquid ordinariè à scripto-
ribus de Oratione mortali traditur. Et
adiecta breui Magistri expositione No-
uitij de re hac planè grauiſſima suffici-
enter instruentur.

8 Docebit modum mortificandi passi-
ones.

Annotatio. Explanabit tractatū de pas-
sionibus, qui habetur in Instructione
Novitiorum: dabitque operā, vt singuli,
& passionum numerū, & mortificandi
modos distinctè sciāt, atque exerceant.
Scientia quippe hæc proculdubiò vti-
lissima est.

9 Docebit modum parandi virtutes.

Annotatio. Vti poterit doctrina, quæ
habetur in secunda parte Instructionis

Nouitiorum; curabitque vt interiores & exteriores virtutum actus propriè, ac promptè producere nouerint: & vt irè summoperè necessariam eis hanc peritiam commendabit.

10 Docebit modum rectè peccata confitendi.

Annotatio. Præscribet Nouitijs conscientiam examinandi formuã ad breuissima & paucissima capita redactam. Vt scilicet per cogitationes, verba, & opera, & omissiones discurrant; & (quod caput est) rationes, siue (vt vulgò dicimus) motiua ad contritionem concipiendam in promptu habeant. Mox verò ad Magistri pedes prouoluti, præmissa dimidia Cõfessione generali, summa cum animi demissione culpas per supradicta capita, distinctè recenseant sub finemq; aliquid ex antea dicta vita determinatum, puta, præteritæ vitæ mendacia, proferant; totiusque vitæ peccata vniuersè propter Deum summè dilectum formaliter detestentur, ac in posterum non peccare certissimè statuunt.

11 Docebit modum rectè cõmunicandi. Annotatio. Modus hic ex tribus componitur

nitur, ex idonea præparatione, ex humili, religiosaq; sumptione, ex gratiarum actione: Magister ergò doceat Nouitios idoneam præparationem, qualis esset exercitatio fidei, spei, & amoris, per multiplices actus in sanctam Eucharistiam directos. Idoneam item sumptionem cum animi demissione, ac diuinæ vnionis desiderio: debitam quoq; gratiarum actionem summa æstimatione tanti doni, ac integra voluntate, Deo perfectissimè placendi constantem. Conneturq; discipulos ad Sacramentorum vsû, & venerationé vehemèter afficere.

12 Docebit modum Dei præsentiam vbiq; animo pertractandi.

Annotatio . Instruendi sunt Nouitij, quid Dei præsentia sit: quib² modis exercenda; quo pacto memoria retinenda: vt in eorum Instructione notatum est. Prouidebitq; Magister remedia fratribus nostris vsitata, ad Dei præsentiam iugiter recolendâ, & fragilem memoriã adiuuandam: cuiusmodi sunt funiculi brachijs religati, nodi cingulorum, & alia similia.

13 Docebit matutinam & diurnam a-

ctuum directionem.

Annotatio . Sit Magister diligentissimus animorum in Deum excitator ; & discipulos erigendæ in Deum mentis peritissimos efficiat ; ita vt actus singulos expedite in Deū referre , ac singulos in multiplices multarum virtutum fines dirigere nouerint . Eo quippe studio , & exercitio , mirum est , quantopere animus incalescat , meritaq; multiplicet .

14 Docebit modum religiosè ac fructuosè recitandi .

Annotatio . Curet Magister animis Nouitiorū modū quendam recitandi , siue psallendi verè grauē , solidū , & Ecclesiasticum imprimere . Ne scilicet in errore illū degenerent , qui multorum animos implicuit , & capita debilia fecit . Multi nimirū officio diuino tot , tamq; multiplices , amoris , adorationis , spei , & aliarum virtutum actus admiscunt , vt vix respirandi locus superfit : atque idè sollicitè , admodum , & inquietè officium persoluunt , & caput spirituali vitæ ineptū reddūt . Sanius consilium est , quod est Ecclesiæ menti magis consentaneū : vt nepe qui officiū recitant , conceptus

ceptus illos ab Spiritu sancto dictatos, & ut recitentur, & cogitentur, clericis assignatos, ita mente petraent, ut quæ dicunt, sensu complecti, & affectus illis diuinis sententijs conformes excitare nitantur; paucis interdum actibus, puta spei, amoris, timoris, intercalatis, quæ neque certo numero comprehendatur, neque ad peculiaris quædam obiecta mentem distrahendæ dirigantur. Eo quippe ipso, quod quis certum adorationum v.g. numerum, & certa quædam obiecta, puta primo versu lateris Christi vulnus, secundo manum dextram, tertio sinistram sibi præfixit, profectò ab officio diuino grauitè, vtiliterq; dicendo longè diuertitur, & valetudini vehementer officit. Neque huic doctrinæ obstat, Novitiorum in scitia, utpote, qui psalmodum, & aliorum librorum Canonorum sensum non omninò capiunt: nam & partem capiunt, & hunc recitandi modum eò dirigim⁹, ut processu temporis omnia quæ in officio diuino recitantur callere possint.

15 Docebit modum, quo actibus communibus interesse debent,

Anno-

Annotatio . Percurret Magister communes actus , & spiritum proprium actus cuiusque explicabit, vt exempli gratia, in Capitulo compuncti, in Refectorio temperantes, & lectioni attentius, in Recreatione hilares & modesti sint: atque ad eum modum cæteris actibus & animos fratrum, & corpora coaptabit.

16 Docebit modum agendi cum alijs Religiosis, qui sit omnino spiritualis.

Annotatio. Enitatur Magister quam sollicitè poterit Nouitios verè spirituales efficere : vt scilicet rerum cœlestium meditatione, ac sermone delectentur. Ne videlicet, cum colloquendi occasio se offert, statim ad res inanes ferantur, sed spontè spiritualia, quæ professionis monasticæ sunt inter se tractent totiusque corporis moderatione imaginem veri Religiosi representent.

17 Docebit modum agendi cum secularibus, qui sit parcus, & ex hilaritate ac grauitate temperatus.

Annotatio. Monebit Nouitios ad totius vitæ cursum: vt secularium, quantumuis propinquorum familiaritatè, (quoad per

per Obedientiam licebit) tanquam rem boni spiritus inimicam vitent. Quando verò vitari non possit, parcè, comiter, & grauter agant: semperq; illos ad pietatem verbo, siue exemplo excitare contentur.

18 Docebit & alia multa, quæ cum minutiora sint, vix possunt ad capita certa reduci: è quibus multa in quarta parte tangemus. Iam verò ex Catalogo præmisso perspici potest, quam vigil, ac sedulus Magister esse debeat, qui adeò laboriosam, grauem, variam, atq; difficilem culturam exercet.

Cap. 9. De ijs, quæ in educatione Novitiorum præsertim cauenda sunt.

1. Ad Magistri proculdubiò doctrinam pertinet non modo nosse, quæ sint agenda (de quibus scripsimus) verùm & quæ non sint agenda, seu quæ sint fugienda pernoscere atque monere. Et quamuis hæc penè innumera sint: Deo tamen propitio, grauiora ex ijs subijcimus: vt Magister in promptu habeat catalogum eorum malorum, quæ debet exterminare.

2 Pri-

2 Primum malum. Infidelitas contra Magistrum. Malum hoc plane grauissimum, & velut omnium malorum, quibus Monachi vexantur, origo est. opponitur quippè bono maximo & cæterorum bonorum origini, hoc est, fidei erga eum, qui personam Christi gerit, per quem quasi per canalem quendam omnia in Nouitios fideles bona corriuantur. Expellet hoc malum Magister si charitate insigni cum discipulis mitissimè versetur.

3 Secundum malum. Susurrus, quando scilicet Nouitij tentati alios verbis parum salutaribus perturbant: & vel suggestionis consortes efficiunt, vel saltè à monasticæ disciplinæ studio diuertunt. Quod certè malum ingens est, & in Nouitijs natu maioribus, cum tentantur, frequentius solet inueniri. Huic malo succurret Magister si mox ac aliquem eiusmodi tentatione vexatum cognouerit, per se, aut per socium fidum sibi assignatum, omnia lustret, ne alicubi ille malè affectus lateat, vbi alios inficiat: expedietq; illum multis occupationibus distinere, in locis per-

uijs,

uijs, vbi sæpe visitetur.

4 Tertium malum . Licentia eorum, qui cum reliquorum scandalo, vel audacter loquuntur, vel operantur, omninoq; cum Magistro quasi luctantur. Permittit quippe Deus eiusmodi occasiones accidere, vt qui probati sunt, proficiant, & manifesti fiant . Huic malo fortiter obstandum est, & festinandum, vt qui proteruus est, alijsq; scādalo nocet, aut citò serioq; recedat: Cor ripiet ergo illū seuerè Magister & expulsionē prænuntiabit, nisi confestim ad se redeat. Dabitq; operam, vt Superior omnia nouerit, & iustitiam maturet . Importuna enim hic misericordia est, cuius abusu alij audere discent.

5 Quartum malum . Singularis familiaritas eorum, qui vel ob ingenij similitudinem, vel aliam quamuis ob causam non sine aliorū nota, occasionibus oblati, vel quæsitis, simul versari assuecunt . Malum hoc à disciplina monastica longè distat : quocirca Magister eiusmodi familiares corripiet, & vt indifferenter cum alijs versentur iniunget . Quod si relabantur, pœnas imponet,

net, sensimq; augebit, donec illos ab-
iungat.

6 Quintum malum. Nimia cura sui
nonnulli quippè ex ijs præsertim, qui in
sæculo diu, ac molliter vixerunt, pere-
grina quædam dogmata de tuenda sa-
nitate in Religionem secum ferunt, atq;
seruare student. Hi sunt hostes disci-
plinæ monasticæ, eò sanè peiores, quò
pallio sanctiore teguntur. Magister
ergò illos ab hac sui cura grauius de-
hortabitur, & rigidiùs exercebit: caue-
bitq; vigilantissimè, ne alij eam doctri-
nam ediscant.

7 Sextum malum. Abusus charitatis,
malum scilicet affine huic proximè di-
cto; quod accidere solet ijs, qui cum
leuiter ægotauerint, nunquam (vt ita
dicamus) conualescunt. Et inde subit
tepor spiritus; orationis, chori, & cæte-
rorum actuum odium; quasi disciplina
monastica morbi causa extiterit. Acce-
dit quòd culeitras, & lintea, vel alias
commoditates charitate christiana di-
gnas in officinam non referunt, donec
à Magistro moneantur. Atq; hi, cum
otiosè discurrant, sub nondum recu-
perata

peratæ sanitatis prætextu, socios requirunt, multisq; modis animo potius, quàm corpore ægrotant. Erit ergò vigil Magister ad hos reformandos, ac suaviter in cæterorum ordinem redigendos. Visitabit hos, eorumq; cellas explorabit, ac illa velut idola commoditatum custodiæ legum inimica auferenda curabit.

8 Septimum malum. Nihil amor actuum minus spiritualium. Experientia quippè quotidiana compertum est, Novitios Choristas affici ad laicorum, Donatorumve obsequia, quantumvis laboriosa ijs præsertim horis, quibus officium diuinum recitatur, vel fit mentalis oratio: spiritu scilicet maligno instigante, vt functiones eas, quæ illorum propriæ, Deoq; proximæ sunt, tenuiter ament. Hos Magister statim ac exploratos habuerit, admonebit, & ad Oratorium, Chorumq; reducere conabitur.

9 Octauum malum. Audacia officiorum occasione colorata. Passim quippè accidit, vt Novitij, quibus ea officia iniunguntur, quæ in Magistri, vel Patrũ præ-

præsentia non exercentur, penè omni
sibi licere existiment. Hinc efficitur, v
ministri infirmorum, (quod exemp
gratia dictum sit) verbosi, contentiosi
immodesti, legum interpretes, per inu
meras occasiones euadât. Hos ergo Ma
gister crebro ad se vocabit, & imparato
visitabit, ne dum alijs sanitatem afferre
nituntur, ipsi grauius decumbant.

10 Mala hæc, quæ ad memoriam, & di
ligentiam Magistri adiuuandam protu
limus, alijs multis explorandis, & corri
gendis viam facient. Sit igitur Magister
in explorando oculatissimus, in meden
do promptissimus: vt cum Diuinæ gra
tiæ auxilio, quod ei proculdubio aderit.

Religionis bonum tueatur, dum

Nouitios instruit, obsecrat,

increpat; & nihil sedu-

litatis præter-

mittit.

(?)

PAR.

PARS QVART- T A

De exercitijs, & varia No-
uitiorum disciplina.

*Cap. 1. De electione ac exercitio
virtutis mensurae.*



Nitio cuiusque mensis, eli-
get Magister virtutem vnā.
qua Nouitiorum coetū ma-
gis ad perfectionem promo-
uendum existimat; & ad vniuersale
certamen, eam proponet, sub verbis
in Nouitiorum Instructione præscriptis.
Ut, si (exempli causa) oculorum licenti-
am inter fratres deprehendit, Virtutem
modestiae colendam proponat: & in
exhortatione eius virtutis amorem, &
astimationem discipulorum animis in-
generare conetur.

2 Monebit in mensis illi^o decursu quo-
ties ei opportunū videbitur, ne fratres
virtu-

virtutem initio selectam, & commendatam obliuioni tradant: verum de illa paranda sæpe cogitent, & medijs appofitis vtantur.

3 Licet ad hanc virtutem designandam communis indigentiam ratio habenda fit: sæpè tamen temporis ratio habenda est: incidentibus nempe festis solemnissimis, atque coniunctis, quæ proprias mysterijsq; debitas virtutes exposcunt. Sic intra mensẽm occurrentibus festis Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, & alijs ad eandem proportionẽ Natiuitati Christi penè contiguis, curet Magister latiores virtutes assignare, quibus fratres simul festa lætissima celebrant, spirituq; proficiant.

4 Nauet operam, ne discipuli virtutis semel designatæ, atque ad culturam sub legitimo certamine propositæ ignari expertesq; remaneant: ponderetq; occasionem proficiendi à Deo oblatam, & nouorum militum captui attemperatam: qua, si (vt decet) vtantur, multiplices de virtutum agone coronas accepturi sint.

Cap

Cap. 2. De virtutis delectu per hebdomadas.

P Ræter eam virtutem, quæ singulorum mensium certamini præfigitur, per singulas hebdomadas virtus alia ab vnoquoque seligenda est: cui, ijs paucis diebus, accuratissimè studeat.

2 Eligetur hæc virtus exhortationis tempore, pro cuiusq; desiderio ex antea acta rei meditatione cõcepto, quo in euētu, non eadē, vt ex se patet, ab omnibus eligetur: sed Magister a singulis, quam virtutē optent, sciscitabitur; singulorumq; optatis annuet, nisi malè eligēdo errēt.

Vel certè Magister ipse salutarem fore vniuersis discipulis virtutem vnā conspicuens; eam omnibus, hebdomada illa, colendam iniunget.

3 Meminerit virtuti parādē media præscribere, & ad sanctum vt lillimi huius exerciti) propositum indefessè Novitios adhortari. Ex frequentia enim electionis, obrepit modicæ æstimationis tentatio; quæ animi vires eneruat.

4 Quādo autem Novitij singuli ordinatè interrogati virtutes diuersas eligent;

§

do-

docebit, quo pacto in eligenda virtute
indigentia propria rationem habere
debeant: vt scilicet eam optent, qua
magis indigere cognoscunt.

5. Hortabitur, vt post eam electionem
vnusquisque in propria illorum Instru-
ctione, electa virtutis caput legat: actu
notet ac discat: rationes, quibus animus
ad opus incenditur, expendat.

6. Studio, ac labore cuiusque per experi-
menta probato, plerumque expediet, vt
virtutem eandem quis saepius eligat, per
hebdomadas aliquot proximas; donec
iterato exercitio, nonnullos, aut certe
multos progressus se in ea virtute fecisse
se sentiat. Quod tunc praesertim expedi-
re videtur, cum passione aliqua, vehe-
mentius infestatur. Ipsa quippe vexatio-
nis magnitudo postulat, vt remedium
idem, cum appositum sit, & repetitum
animam per sanare possit, a Magistri qual-
prudentis medici consilio identidem
applicetur.

Cap. 3. De spiritualibus Novitiorum exercitijs, & preparatione ad professionem.

Magister dabit operā, vt omnes Novitij infra suæ probationis annum spiritualia exercitia faciant, in loco designato: vbi per dies aliquot soli morabuntur, & orationis, ac piæ lectio- nis pastu confirmabuntur, ad reliquam viam celerius perfectiusq; faciendam.

2 Tunc accurata discussione, & intima peccatorum contritione, confessio generalis fieri poterit, nisi iusta de causa, ante id tempus facta fuerit. Atq; ad eum modum Novitij, qui exercentur puriores euadent.

3 Erit rationi consentaneum vt tempus, quo Novitius quisque spiritualibus his exercitijs vacat, sit professioni proximū; vt rem tantam seorsim altè præmeditetur, & de Magistri consilio, opportunis meditationibus, & actibus ad eam se comparare studeat.

4 Inter alios preparationis actus, erit ad rem, formulā preparationis ad professionem,

tionē, quæ in Instruktionē Nouitiorum habetur, per dies aliquot, ter vel quater, ex animo legere illosquē affectus serio concipere.

5 Ijs diebus, qui exercitijs destinantur, Magister fratres ibi Deo vacātes frequenter visitabit, & rationem rerum exiget, atque salutaribus monitis instruet.

6 Curet Magister fratres, qui exercētur, firmissimo aliquo peculiari pacto cum Deo coniungere; vt scilicet in posterum eo pacto se obligatos sentiāt, ad aliquid solito sanctius Iesu Christi amore præstandum: vt si quis (exempli gratia) verbosus, vel immodestus fuerit, ex quo cum Deo pepigit, se in posterum, tacitum, modestumve futurum, se strictissimè vinctum sentiat, & in proposito perseveret. Atque hic certè vberimus, & ad aliorum exemplum efficacissimus exercitiorum fructus erit.

7 Sedulò curet tempus anteuertere, vt qui habent temporalia bona, & testamentum, aut aliud dispositionis genus, facturi sunt, ante postremos illos dies studio rerum internarum, & grauissimo professionis actui præmeditando assignatos, seipso expediant. Ijs quippe diebus

ibus sæculares cogitationes non solum importunæ, sed spiritus diuini capitales inimicæ sunt.

Cap. 4. De exercitijs ante sanctiora tempora fieri solitis.

PRæter eam animi præparationem, quæ ante solennissima festa fieri solet, mos inter fratres nostros inualuit, ut appropinquante Aduëtu, Quadragesima, cursuq; illo ieiuniorum Ordinis proprio, Magister Nouitios admoneat, & præscriptis exercitijs internis ac externis ad vltiorem perfectionem comparandam opportunis præmuniat.

2 Diebus ergo decretis illos ad cursum adhortabitur; & ad rem feruentius, ac fructuosius præstandam, præcipiet, ut quisq; si animaduertit, actum aliquem communem lætescere, vel obliuione sensim deleri, aut actum aliquem ad perfectionem desiderari, scripto notet, atq; ad ipsum deferat, ut perfectionem monasticam promouendam curet. At caueat, ne temerè nouos rit⁹ inducat, vel quicquam immuter.

3 Per hoc tempus, ad spiritum alédum mitti solent spiritualia certamina Magistri ac Nouitiorum omnium nominibus subscripta ex vno in aliud, aut alii Religionis Cœnobia; quod ad animorum æmulatione sancta extimulandos, mutuaque charitate delectandos plurimum ponderis habet. Hæc ergo certamina Magister oblationi ne tradat.

Cap. 5. De officijs ad Nouitiatum spectantibus iniungendis.

1 **Q** Vanquàm ad partes Magistri pertinet, singulos Nouitios officijs omnibus instruere, vt postquam professionem emiserint, omnia, per oblata occasione, exercere valeant: curare tamen debet, vt ad officia nonnulla peculiari obseruatione digna non orane promiscuè designet.

2 Huiusmodi est, lanitoris officium quod singularem modestiam comitantemque requirit. Quocirca ijs, qui inter Nouitios modestissimi fuerint, hoc officium iniunget.

3 Sacristam Oratorij similiter, præ-

via modestiæ ac deuotionis confide-
ratione, qua minister is præstare debet,
creabit: & creato cultum Beatissimæ
Virginis summopere commendabit.

4 Hortabitur ministros, vt sedulo
agant, & ea, quæ communiter præ-
paranda sunt, adeò maturè expediant,
vt nullus ob eorum incuriam, com-
munitatis actus retardetur. Quòd si
in eo genere negligentes fuerint, se-
nerè corripiat.

*Cap. 6. De exercitio mortificationis,
ac paupertatis alendo.*

1 **A**D mortificationis studium, & cul-
tum alendum Magister Nouitio-
rum fratres in ordinarias culpas prola-
psos interdum leniter flagellabit, tergi
parte modestè detecta: atque ad eum
vsum virgarum fasciculum sepositum
in Oratorio habebit.

2 Ad eundem finem, ordinaria morti-
ficationis instrumenta, puta ad oculos
velandos, & os obstruendū, modo huic,
modò illi, vel petita concedet, vel non
postulata iniunget. Nunc lapillum ore

gerere: nunc absque capucio coniunctis manibus, præ Chori, vel Oratorij foribus hūc, vel illum genuflexum per modicum tempus orare iubebit. Ac denique alia omnia, quæ in mortificationis genera morem sanctissimè inducta sunt, tueri conabitur.

3 Nauet operam, vt inter alia vniuersam diuitem Iesu Christi paupertatē fratres colant, & æmulatione multa perēnter, ad eodē affectēt, vt nihil in hoc mundo, nisi vestes quidem, quibus teguntur, aut alia, quibus necessariō vtūtur, possidere velint. Quocirca iuxta morem Religionis antiquum, vestes, libros, imagines, cellasq; frequenter mutet: ne fortē incauti iuuenum corda & eiusmodi rebus nimis adhæreant, & à perfectionis cursu retardentur.

Cap. 7. De exercitijs in recreationis loco, ac tempore fieri solitis.

1 **A** Lat Magister vtilem illum morē Nouitios absque fastidio, erudiendi in ipso recreationis loco; vbi multa discuntur, quæ modicam animi attentionem

tionem requirunt, ac proinde minimè vexant, neque formam recreationis immutant.

2 Docebit ibi fratres in chorum duplicè discretos modum canendi Religioni conformem: errantesq; instruet, lætaque nonnulla admiscebit.

3 Docebit modū clare, sedatè, distinctèque legēdi: qui ad cōmouēdos animos efficax sit: vitiaque prolationis, & accentus emendabit.

4 Docebit officij diuini regulas siue rubricas, ita vt Nouitij ante professionis diē, regulas officij sufficiēter exploratas habeant, quando quidem ad officium persoluendum vnà cum professione obligandi sunt.

5 Docebit ibi modos plurimos vtilēs simul ac lætos, standi, sedendi, incedendi; capitis, brachiorum, totiusq; corporis moderationem, prout in Nouitiorum Instructione traditur.

6 Docebit ibi interdum nonnullas cæremōnias ad ministerium Missæ, vel Chori vel aliorum locorum attinētes, vt fratres perfectè, ac expeditè illas exerceant.

7 Docebit alia leuiora, quorū fratres nō decet ignaros esse, vt vestes refarcire, legumina purgare, lintea plicare, & eius generis alia, quibus animus corpusve minimē grauatur. Quando verō exercitia hæc in recreationis loco fiunt, caueat Magister ne Nouitij capite nimium demisso taciti, ac mœsti permaneāt; illosquē nonnullis intercalatis interrogacionibus exhilaret. Quod æquē animaduertēdum est, quoties aliquid ibidem legitur: ne scilicet Magister finat fratres per tempus illud modicum, ita tacitos, & lectioni intentos esse, ac si concionē audirent: spiritualis quippe doctrina locorum ac tēporum discriminē obseruat.

Cap. 8. De exercitijs ad valetudinem conferentibus.

1 **E**Xpedit proculdubio ad valetudinem animæ corporisq; tuendam, Nouitios varijs officijs, & attemperatis laboribus exercere. Quocirca pars disciplinæ monasticæ est, labor aliquis cum moderatione susceptus, vt ex Sanctorum Patrum historijs facile constat.

2 Ma-

2 Magister ergo, cum per tempus licebit, Nouitios vel omnes, vel aliquos in hortum mittet, ad inuiciles herbas euclendas, ad vias scopis mundandas, ad areas irrigandas, vel quid simile efficiendum, quo ad sanitatem exerceantur.

3 Idem ad proportionem iniunget, in aliquibus fabricæ occasionibus; vbi cauto, ne cum secularibus loquantur, vel ne in locum extra clausuram egrediantur, per modicum temporis spatiū, lapides, aut ligna comportare, vel simile quippiam exercere poterunt.

4 Iam vero crebro eis iniungit Magister ministeria alia, quæ frequentiora sunt, puta Ecclesiæ pauimentum foribus clausis verrere, candelabra, & alia Sacristiæ vasa mundare; vt charitas simul, & sanitas, corporis exercitatione augeatur.

5 Cauebit autem, ne ijs in exercitijs in lingua relaxetur, vel aliud malignus accidat. In silentio quippe operari Regulæ nostræ, sanctio est.

Cap. 9. De Instrukione Nouitiorum,
quoad obsequia multa
quotidiana.

1 **D**Et operam Magister, vt obsequia familiaria, quæ in Dormitorio, Refectorio, culina, & alijs officinis Nouitii, exercent, perfectè, munde, ac expeditè præstare discant Quapropter Acolythos, rigatores, fricatores, & ministros alios erudiet, vt sine sordibus, officia exequantur.

2 Acolythos instruet, quemadmodum eo eum infundere, & à maculis accuratè abstinere debeant: multa quippe indecora contingunt, huius admonitionis neglectu: vt vestes, mensæ, libri oleo perfusi demonstrant.

3 Rigatores docebit, quomodo, sine motibus, & discursibus incompositis aquam inspergere doceat: nonnulla enim parùm decora festinatio, & sollicitudo illa parit.

4 Fricatores instruet, qua ratione, manicis replicatis, linteis præteso succincti, culinæ vasa extergere & à sordibus ab-

ab-

abstinere debeant; vt in loca sanctiora redeuntes non malè oleant.

5 Deniq; Magistri partes sunt, Nouitios omnes ad omne domesticum obsequium instruere, & minuta quæq; pacièter, ac perseueranter inculcare: vt si, exempli gratia videat Refectorij, seu mensæ, ministros, aut eos, qui domum euerrūt, scapulari pendente opus illud exequi, moneat, se præcingant, modumq; cingendi doceat. Sic enim tuebitur decorem domus Dei.

Cap. 10. De Visitatione cellarum.

1 **M** Agistri est, Nouitiorum cellas sepe lustrare, vt videat sit ne quid superfluum, aut diminutum, sordidū, aut in compositum, quod ingredientium oculos possit offendere. Vbi multa charitatis, & aliarum virtutum officia erga singulos poterit exercere.

2 Monebit, vt in cellis, tanquàm in Oratorijs agant nihilq; indecens admittant, operimenta lecti componāt, vasa tecta,

& munda, sub lecto abscondant, tunicas exutas donec à ministro repetantur, mundatas, & complicatas sub lecto ita reponant, ut videri non possint.

3. Quia vero, ex incuria, vel alijs ex rationibus fratres, sine Magistri venia in cellis habere solent leuia nonnulla, quae rudes adhuc animos minimè vexant, cum tenuia nondum aestimare nouerint: praecipiet interdum fratribus vniuersis, ut si quae, absq; obedientiae concessu, in cellis habeant, ea in recreationis locum conferant. Factoq; quodam rerum acervo, imprecabitur illi malum; ac res illas, velut anathemata quaedam seponi, ac in loco vno separato afferuari iubebit, donec aliud statuatur. Ritus quippe hic (ut experientia multiplex docuit) energia pollet, ad animos sine fastidio permouendos, & obedientiae cultum perficiendum. Meminerit vero Magister loci ac temporis, ne scilicet vllam poenam inferat ijs, qui sponte res illas contulerunt. Satis enim actu illo execrationis in acervum rerum prohibitarum directae, animi in recreationis loco
 ab. Expletis vero diebus illius
 inter-

interdicti res iã velut purgatas distribu-
etijs, quos magis indigere perspexerit.

Cap. 11. De fidelitate Magistri et
ga Religionem in Nouitijs pro-
bandis aut reprobandis.

1 Postquam Magister Nouitios sedu-
lò, ac perseueranter instruxerit,
per dies octo, antequam de illis ad pro-
fessionem admittendis agatur, Patribus
in Capitulo Conuentus existentibus
nuntiabit, in subsequenti hebdomada
Capitulo de hoc, illove Nouitio agen-
dum esse: vt rem præmeditentur, Deo-
q; commendent; præuicq; consilio, &
oratione suffragia ferant.

2 Quamuis verò Magister, iuxta morẽ
nostrum, Patres ex vno in aliud Capi-
tulũ ter præmonere ac in designato Ca-
pitulo, quid de Nouitio sentiat, veracis-
simè aperire debeat, quarto scilicet, O-
ctauo, ac decimo Nouitiatus mense, vl-
timæ tamen prepositionis & fidæ rela-
tionis actũ ab eo grauius, & accuratius
exerceri debere manifestum est. Tunc
quippe restota vertitur, & summa re-
rum

rum perspicuitas, veritasq; requiritur.
 3 Caueat ergo Magister, ne vlllo humaniore sensu, aut malos probet, aut bonos improbet : grauissimè quippe communi bono nocebit. Fides ei à cæteris Patribus habebitur, qui nō valent Nouitiorum ingenia, moresq; penitus nosse, cū illorum curam minimè gerant: atque idcirco bonum aut malum ingens, quod ex errore probationis, aut reprobationis emerget, illi præsertim ascribetur, neque sanè impunè feret.

4 Liberè, syncerè, fideliterq; rationes proferat, quæ ab omnibus Patribus capiantur: solamq; Dei gloriam, Religionisq; bonum in re tam serua præ oculis habeat. Neque vereatur bonos, post adhibitam diligentiam, sedulamq; culturam, occasione fidei relationis, vbi aliquas eorum imperfectiones recensuerit expellendos, aut nō bonos admittendos, quamuis nonnulla eorum bona, protulerit. Decet quippe diuinam bonitatem malum adeò graue, ex occasione boni officij minimè permitttere.

Cap.

*Cap. 12. De acclamationibus virtutum
& anathematismis vitio-
rum.*

QUOD in Capitulo duodecimo se-
cundæ partis, dum ageremus de
medijs ad promouendam perfectionē
opportunitis, polliciti sumus, in hoc pe-
nultimo capite, fauente Deo, præstabi-
mus: vt Magister vel in Oratorio, vel in
recreationis loco, vel alibi, vel ei vide-
bitur expedire, Nouitios simul exhila-
ret, & inflammet, atq; ad producendos
perfectissimos virtutum actus impel-
lat. Ordinis ergo ratio habeatur, vt
Magistro formales actus proferente,
Nouitij omnes, summa acclamatione,
& cordium erectione respondeant.

2^a ACCLAMATIONES.

Magister. *Viuat Iesus Christus Dei Al-
tissimi filius.*

Nouitij. *Viuat.*

M. *Regnet in æternum dulcissimus Re-
demptor noster.*

N. *Regnet.*

M. Lau-

M. Laudetur suauissimum nomen
Domini à Solis ortu vsq; ad occasum

N. Laudetur.

M. Genuflectant omnia corda celestium
terrestrium, & infernorum, corâ mi-
tissimo Virginis filio.

N. Genuflectant.

M. Viuat Serenissima Regina celorum

N. Viuat.

M. Dominetur vniuersis Angelorum, &
hominum cordibus dulcissima Vir-
go Maria.

N. Dominetur.

M. Laudetur formosissima filia Siõ vsq;
que ad fines orbis terræ.

N. Laudetur.

M. Ametur diuina bonitas ab vniuersis
creaturis amore purissimo.

N. Ametur.

M. Conuertantur vniuersi homines ad
fidem, & charitatem Dei ac Domini
nostri Iesu Christi.

N. Conuertantur.

M. Viuat disciplina monastica Patrum
nostrorum laboribus condita.

N. Viuat.

M. Viuat perfectissimus obediẽtiæ cul-
tus

tus, etiam si nos, ea de causa mori oporteat.

N. Viuat.

M. Viuat purissima castitas etiam per agones, ac sanguinis effusionem, sub vexillo candidissimæ Virginis Mariæ.

N. Viuat.

M. Viuat paupertas Apostolica, pretiosior omnibus mundi diuitijs.

N. Viuat.

M. Viuat suavissima virtus humilitatis, etiam si omnem mundi despectum ferre oporteat.

N. Viuat.

M. Viuant ardentissima æternorum bonorum desideria.

N. Viuant.

Vtatur hoc acclamationum exemplo Magister & alias, si videatur, excogitet.

3 ANATHEMATISME.

M. Maledicta sit Dei obliuio.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit ingratiitudo.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit desperatio.

N. Maledicta.

M. Ma-

M. Maledicta sit monasticæ disciplinæ
relaxatio.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit inobedientia.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit luxuria.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit proprietas paupertatis
inimica.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit superbia.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit loquacitas.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit immodestia.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit proteruita.

N. Maledicta.

M. Maledicta sit negligentia.

N. Maledicta.

4 Magister ad normam horum anathematismorum, alios, pro loci temporisque opportunitate, ad dicere poterit, prout videbitur expedire. Dabit autem operam, ut modus acclamandi, & anthemizandi sit feruidus, concors, efficax, & ad pietatem acuendam plurimum valeat.

Cap.

Cap. 13. De Magistri adhortatione.

ECce, ope diuina, campum latè patentem sumus emensi: quem nouellorum Dei militum Instructor, multa dexteritate, ac celeritate percurrere debet. Multiplex hic laudis, multiplex occasio palmæ, laboribus, & agonibus parandæ, Gloriosum est sanè, animos in celestia gaudia suspirantes, & omnem mundi gloriam, diuitias, & voluptates aspernâtes, regere, & per militarem diuinæ charitatis viam, ad monasticæ perfectionis fastigiū, rectà perducere. Regimen certè hoc & Deo acceptissimum, & Ecclesiæ toti saluberrimum, & rectori utilissimum est. Deo sanè placet, quia genus quoddâ pinguiissimi holocausti diuinæ Maiestatì immolatur, dū corda horum inū, qui animos, corporaq; cultui diuino deuouerūt, excolūtur, vt excusso vitiorum pōdere, quasi pennis colūbe de argentatē succrescentibus, ad Iesu Christi, dulcissimi Dei, ac Redemptoris nostri amplexus festinent. Ecclesiæ profectò toti salutem minime vulgarem

gatē affert: vna quippe ē nobilioribus
 Ecclesiæ partibus, candidatus Religio-
 sorum exercitus foeliciter instructus ac
 diuinis virtutibus armatus est. Educa-
 tori verò ipsi summoperè prodest: non
 enim mediocria merita, sed eximia, &
 plane ineffabilia, functionis illius labo-
 re conquirat. Magister ergo, qui hac o-
 mnia tot bonorum capita pensitare no-
 uit, purissimo intuitu, Dei primūm glo-
 riam, Ecclesiæ mox ac Religionis suæ
 salutem exoptans discipulos suos Apo-
 stolico affectu erudiat, arguat, obsecret,
 increpet, in omni patientia, & doctrina.
 Non illum labor, aut tædium, ab hoc o-
 pere immensorum bonorum feracissi-
 mo deterreat, vel retardet. Habet im-
 positam tot, ac tantorum nubem testi-
 um, qui in huiusmodi opere insigniter
 claruerunt, vt, si rem attentè consideret,
 calcaribus non indigeat. Poliat viuos
 lapides in excelsa suauissimæ Ierusa-
 lem, quæ ædificatur vt Ciuitas structu-
 ra sessuros, & amplissimo Regis Magni
 ædificio consensuros. Pondus est: at le-
 ue, & momentanenum, si cum æterno
 gloriæ pondere comparatur. Ne time-
 at,

at, q
 tur
 que
 cui
 tem
 fulc
 velo
 bis
 gito
 sus
 liqu
 & q
 fact
 cura
 et

at, quasi virium defectu, oneri succubi-
 turus: quia Clementissimus Deus, sub
 quo curvantur, qui portant orbem, &
 cui flectitur omne genu strenuè conan-
 tem, & in re honestissima laborantem
 fulciet, solabitur, & illustrabit. Currat
 velociter, quia nouissima hora est: & or-
 bisterrarum, peccatorum diluuiò mer-
 gitur. Instruat milites nouos, qui aduer-
 sus aquarum impetum, pro se, ac pro re-
 liquis Ecclesiæ filiis, animosè luctètur,
 & qui inculpatæ vitæ candore tenebras
 sæculi dispellant. Hæc vna potissimùm
 cura visceribus eius impressa, die, no-
 ctèq; permaneat: vt peractò culturæ
 labore, cumulatissima præ-
 mia, quæ non licet effa-
 ri, percipiat.

APPEN.

APPENDIX

DE CVRA MAGISTRI
ERGA PROFESSOS.*Cap. 1. De cultura recenter pro-
fessorum.*

D officium Mag-
 stri spectat, recete
 professos, quos pe
 annū probationis
 rexit, excolere; &
 ad vltioris perfe
 ctionis cursū, occa
 sione professionis cursū, occasione pro
 fessionis vrgere. Infeliciter quippe cap
 sa Nouitiorū ageretur, si statim ac pro
 fessionē emitterēt, à Magistri cultura re
 cederent. Cū enim anno vno cep
 tam monasticæ perfectionis fabricam
 ordinariè non absoluant; parūm spe
 de perficienda Euangelica turre super
 esset, si opus imperfectū non eniterēt
 absoluerē.

2 Magister etgo discipulos suos recen-
 ter professos accuratissimè custodiat;
 & ad vota solennia obseruanda, ad offi-
 cium diuinum religiosè admodum per-
 soluendum, ad Regulæ, Constitutionū,
 Instructionum, cæremoniarumq; ob-
 seruationem, proposita, & expensa pro-
 fessionis obligatione, seriò exhortetur.

3 Caueat, ne noui professi à studio dis-
 ciplinæ monasticæ, quam per annum
 didicere, deserueant; neve aliquo licè-
 tiæ genere relaxentur, Nihil enim eius-
 modi professis peius officit, quàm quod-
 dam licentiæ genus, vna cum professi-
 one, quasi lolium cum tritico subortū.
 In anno quippe probationis, iudicij ti-
 more cohibiti nihil audebant, ne fortè
 expellerentur: emissa verò professione,
 nonnulli parum mites ab status securi-
 tate, licenter agendi ansam arripiunt,
 quasi ad altiorem perfectionem inde
 non aspirare deberent.

4 In exhortationibus igitur, colloquijs
 priuatis, & occasionibus alijs, cum pro-
 fessis, quamdiù ab eo Cænobio non re-
 cedunt, æquè ac cum Nouitijs aget; ni-
 hilq; curæ solitæ remittet.

h

5 Quin-

5 Quinetiam præter solitam curam, suscipiet aliam zelo domus Dei planè dignam. Instâte quippe necessitate, professi fratres, vel foras, vti socij Patrum, ad varia negotia mittuntur, vel ad officia, quæ communicationem cum sæcularibus requirunt, domi designantur. Quocirca noua instructione, ac vigilantia proculdubiò indigent, quæ ad partes Magistri pertinet.

Cap. 2. De instructione fratrum professorum, qui foras mittuntur.

1 **N**ON est animus, de ijs fratribus professis agere, qui cum ætate adulta sint, iustis de causis, quas non possumus certis legibus comprehendere, statim à professione ad res grauiores designantur. Hi quippe, tanquã viri prudentes, ac modesti, qui anno vno, spatia multa confecerint, & sine Religionis dâno, negotia cum sæcularibus gerere valeant, in aliquo euentu rarò, non malè ad hæc onera destinantur; & ob rerù multitudinem, ac varitatem à Magistri cura velut excepti ad proximam Superiorum curam traducuntur. Animusi-
gi-

gitur est, de ijs fratribus professis scribere, qui vti socij aliorum vulgò foràs mittuntur.

2 Hos ergo Magister erudiet, ac modestiæ, silentijq; præsertim admonebit. Quod enim ad modestiã spectat, exploratũ est, eos arctissimè obligari ad cohibendos oculos, corpusq; totũ cũ moderatione regendũ. Nã præter cultũ virtutis, cui ad propriã perfectionẽ acquirendã studiosius vacare debent, vbi plures distractionis occasiones ingruũt, cõmune Religionis bonũ eos iã, p̄fessos extimulare debet, nè bonũ nomẽ aliorũ Religiosorũ modestia partum obscurent.

3 Quod verò ad silentium attinet, moneat Magister, vt cum Patre, quem comitantur, nisi intetrogẽtur, verba prorsus non faciant, aut parcissimè faciant. Cum externis verò nihil prorsus loquãtur, sine Patris illius venia: quæ ad necessaria duntaxat verba, non ad linguã relaxandã, concedenda est.

4 Iam autem fratres foras prodeuntes, quod ad interiorem hominem attinet, monendi sunt, vt Dei præsentiam vigilantius, quam domi, mente petraçtent,

neque nouarum rerum curiositate se allici sinant. Experimento enim quotidiano patet, animam rerum sæcularium curiositate dissipatam, difficulter ad modum sese colligere, & ad rerum celestium meditationem reuerti.

Cap. 7. De Instruktionem fratrum professorum, qui ad officia designantur.

1 **D**ifficile est, inter occasiones multiplices, virtutis modum mediūve tenere. Si enim, qui diū sancteque vixerunt, sibi ab occasione timent; quis non planè fateatur, rem sanè miram esse, inter occasiones, inculpatè versari? Res certè perspicua est. Quapropter Magister novos professos præmuniet, ad officia sanctè gerenda.

2 Monebit, vt Instruktionem officiorū exactè obseruent; & siquid ibi non decretum occurrat, ad ipsum perferant, vt modos perfectè agendi præscribat.

3 Hortabitur ad perfectissimum modestiæ, ac silentij cultum: ne scilicet existiment, quia ad officia præstanda & loqui, & intueri, necesse sit, omnem idcir-

co ocu-

eo oculorum, linguæq; licentiam, sibi
 permitti. Pessimè quippè agent, si absq;
 Dei timore, officijs ad eam laxitatem
 abutantur. Regula sit, eos ministros, si-
 ne peculiari Superioris venia cum ne-
 mine loqui posse, ijs verbis exceptis, que
 ad expedienda negotia, necessaria
 sunt.

4. Moneat Magister vt nullum familia-
 ritatis genus, cum externis contrahant;
 sed se totos Deo, & Superioribus ser-
 uent. Quod certè obtinebunt, si Dei præ-
 sentia immemores non sint, & in ijs of-
 ficijs, Dei causam se agere perpendant.

5. Exhortetur Magister, vt comiter, ac
 suaviter cum externis agant: omniaq; il-
 la sollicitè vitent, quibus animos exas-
 perare possint. Quod sanè præstabunt, si
 omnia tempestiuè expedire, & perso-
 narum discrimen obseruare nitantur:
 quemadmodum fratres nostri, Dei gra-
 tia, consueuerunt.

*Cap. 4. De spirituali professorum
 Instructione.*

¶ Ita Magister professos fratres debet
 instruere, vt persuadeat, quicquid
 h 3 intra

intra probationis annum præstitere, pro
 nihilo ducendum : & à professionis die
 nouam, purioremq; vitam inchoandã.
 Perfectò Nouitiatus, simile quiddam
 est, declamationum exercitio, quod
 ferijs, publicisq; Orationibus præmitti
 consuevit. Præludia sunt, quæ in anni
 prioris cursu fratres exercent: status ve-
 rò professorum, serium, graue, grande-
 q; opus est. Quocirca enitendum est, vt
 quæ Nouitij præluserunt, iam professi
 perficiant.

2 Monendi ergo sunt fratres professi, vt,
 quemadmodum cœperunt vitam exor-
 rationis, & mortificationis studio con-
 tinuè, ita proficiantur, caueantq; ne
 quicquam eorum, quæ bono animo,
 firmoq; proposito exercuere, prætereant.
 Qua in re totius perfectionis monasticæ
 vis consistit; cum perspectum sit, bona
 cœpta, si ad finem vitæ perseuerent, te-
 naces obseruatores suos perfectos effi-
 cere.

3 Instruendi sunt, vt non modo com-
 munis, ac regularis vitæ fidissimi obser-
 uatores sint, verum etiam, vt opera su-
 pererogationis, quæ sub Magistri disci-
 plina

plina præstare assueuerunt, constantissime exequantur . Hoc enim primum Angelos Satanæ persuadet, vt supererogare desistant; moxq; hoc prælio victos ad necessariam status obseruationem omittendam impellit.

4 Magister verò seipsum his diabolicis conatibus opponat, & professos ad noua, & maiora permoueat . Ita tamen illa temperet, vt credibile sit, animos semel instructos in ea tenacitate permansuros. Inter alia verò monita, vnum erit, vt diebus singulis, professionem renouent; alterum vt præsentia Dei studiosissimi sint, adhibitis inchoata remedijs, aliud, vt certo, puta septenario mortificationum numero, se in exiguis salté rebus, quotidie exerceant; aliud denique, vt ubicumque fuerint, cum Superiore, tanquam cum Nouitiorum Magistro versentur. Hæc quippe quatuor monita ea sunt, quæ animos eorum memores, ad monasticæ perfectionis culmen, facile perducant.

h 4

Cap.

Cap. 5. De Instructiōe professorum,
qui è Nouitiatu in alia cœnobia
migrant.

¶ **Q**uamdiù recenter professi inter
Nouitios promiscuè versantur,
& eodem prorsus modo, ac illi regun-
tur, timendi causa non subest. Feruor
quippe ille, & conceptus æmulatione ca-
lor professos alit, & promouet: at tran-
situs ille, ad alia Cœnobia, vbi exercitia
Nouitiorum desunt, non leuis causa ti-
moris est. Experientia nempe constat,
nonnullos professos, qui montes aure-
os polliceri videbantur, loci mutatione
animum quoque mutasse, atque à con-
cepto Spiritus sancti calore deferbuisse.

¶ Magister ergo hoc malum grande
præcauere cupiens, professos fratres,
pridie, quam migrent, aut alio tempo-
pore commodiore, prout occasio tulerit,
discessuros omnes simul, aut singu-
los seorsim alloquatur, & amantissimè
instruat. Suprema enim verba charitatis
dulcedine delibuta altiùs imprimuntur.

¶ Commendet impensissime quatuor
illa monita proximo capite recensita:
qui-

quibus nihil sanctius, vel vtilius eis tradere posse videtur. Sed quartum summa cum expensione commendet, obsecrans, vt cum aliorum Cœnobiorum Superioribus, eodem prorsus modo se gerant, ac si illi Magistri, ipsiq; perenniter Nouitij forent. Quod sane monitum totius disciplinæ monasticæ complexio est; siue de passionibus subiugandis, siue de parandis virtutibus, siue de tentationibus propulsandis, siue deniq; de rerum diuinarum studio tuendo sermo fiat.

4. Etsi verò, quatuor illa monita ad perfectionem parandam opportuna, simulq; ad fidam diuturnamq; obseruationem prudenti mediocritate temperata videantur; salubre tamen consiliū erit, novos professos peculiaribus insuper adiuuare consilijs, quæ ipsi fortasse, ex illis velut fontibus deriuare nescirent.

5. Moneat ergo Magister vt coerceant effrænam quendam affectum aliò migrandi, qui recenter professos infestare solet; vt scilicet nolint alio discedere, nisi quatenus Deo placuerit. Moneat, vt de propria commoditate solliciti non sint, sed eo prorsus modo, ac tempore,

h 5.

quo

quo abire iubentur, accepto Breuiario, Apostolico more discedant, nisi aliter Superior decernat. Moneat, vt vaticum non requirant, sed spem totam in diuina bonitate collocantes elemosynas emendicare constituent. Moneat, vt per viam alacriter, ac modestè, sine vlla contentionis imagine procedant. Instructionem emq; iter agentium ad vnguem obseruent. Moneat, vt statim adperuenerint eò; quò migrant, Superiori suo ità se totos humillimè tradant, ac illi eo die, è sæculo in claustrum se abderent, & inter Nouitios recenseri inciperent. Moneat, vt nihil noui nuntièt, ex ijs quæ alibi aguntur, nisi à superiore interrogentur. Moneat, vt, scioli non sint, ea quæ in Cœnobio fiunt, comparatione eorum, quæ didicere, reprehendentes, vel interpretantes; sed omnia simplicissime accipiant, suiq; curam gerant. Moneat, vt Superiori, omnia sua vel obligationis, vel supererogationis exercitia, siue ad orationis, siue ad mortificationis studium spectent, confestim aperiant; & eius sententiæ per omnia obtemperent. Moneat, vt legum custodia

dedi

dedi
iugi
sui a
6. S
liari
scrui
tent
Sup
run
frat
Qu
am
mo

A
M

nul
em
mi
stru

deditissimi sint, & ad veram sanctitatē,
iugi Dei præsentia, obedientiæ cultu, &
sui abnegatione festinent.

6. Si verò aliquis è discedentibus pecu-
liari Superioris cura indigeat, quòd sit
scrupulosus, aut fragilis, aut, quovis alio
tentationis gerere vexetur; Magister ad
Superiorem literas dabit, ac de statu re-
rum certiore illum faciet, curamq̃
fratris illius impense commendabit.
Quibus absolutis, filios suos charissimos
amplectetur, & precatus illis bona ex
more dimittet.

ADM ONITIO
MAGISTRI QVOAD
EXHORTATIONES.

 VM in tradendę doctrinę
methodo pars magna
fructosę educationis No-
uitiorum posita fit; ope-
ræpretium visum est, nõ-
nulla diuersarum exhortationum ex-
empla subijcere, quæ Magister possit i-
mitari. Meminerit autē, quæ in tertia In-
structionis parte præscripsimus, & in
h 6 do-

doctrina rectè disponenda, atq; animi
discipulorum instillanda, plurimum o-
peræ ponat. Superuacanea recidat, qua-
lia sunt eruditio multiplex, nimia con-
ceptuum conglobatio, argumenta ni-
mis subtilia, & eiusmodi alia, quibus
nutiliter, aut certè noxie, tempus influ-
mitur. Sit doctrina grauis, utilis, sancta
casto sed simplici stylo prolata, spiritus
Dei animata, vt illuminet, roboret, mo-
ueat, & ad cursum perfectionis animo
discipulorum inflammet. Sint exhorta-
tiones breues, efficaces, rationum ner-
uis armatæ. Hoc quippe modo à Noui-
tijijs capientur, & intellectu illustrato, at-
que conuieto, data consilia exercebun-
tur: quod vtinam, pro voto, contingat.

Exhortatio ad cultum obedientiæ.

Tantus est, dilectissimi fratres, obedi-
entiæ decor, utilitas, & honestas, vt si
pro rei dignitate, dicendum esset, o-
porteret, me singulari luce illius, qui cum
esset filius Dei, obedientiam didicit, il-
lustrari, linguamq; meam ab eodem fi-
lio Dei, qui linguas infantium facit di-
sertas, erudiri. Immenso quippe virtutis
huius

huius dignitas, altitudo, latitudo, & profunditas est, cum totius disciplinæ monasticæ, & (quod mirabilius est) totius Christianæ perfectionis compendium sit. Quocirca illud imprimis à vobis exposco, vt virtutem hanc nobilissimam, pro dignitate, æstimetis, & vniuersis mundi bonis anteponatis: quod ipsa vestræ renūtiationis ratio facile vobis persuadebit. Si enim rectè perpēdatis, quid egeritis, cum sæculo renuntiastis, statim quæ monasticum elegistis; perspicietis profectò, nihil aliud vos egisse, quàm, felici commutatione, propriæ voluntati, proprio quæ iudicio vestro, obedientiæ cultum anteferre. Hæc est cœlestis vocatio vestra. Hæc est diuina inspiratio, qua Iesus Christus, dulcissimus Redemptor noster præuenit vos, & in claustrum introduxit, vt velut in arca Noe, in diluuiò aquarum multarum, quo voluntas propria in sæculo mergitur, à morte præseruemini. Si ergo hoc idem, quod ego vobis persuadere cupio, à Deo vobis inspiratum, & vtrò à vobis quæsitum est; debetis certè excelsam obedientiæ virtutem studiosissimè co-

lere, & pro illius cultu, ardua quæque constantissimè superare. Quod si à me requiratis quanam ratione, tantæ virtutis cultû, vt par est, exercere possitis, per capita respondebo: quæ attètè percipite.

Qui obedientiam colere seriò cupit, omnino sibi persuadere debet, se cæcû esse, cum obedientia sit opus fidei, & eo modo se, dum obtemperat, gerere debet, quo se gerit, dum fidem exercet. Quemadmodum enim dum credit, à Deo articulorum fidei rationem minimè requirit; ita vir obediens à Prælato rationem mandati nullo modo expetere debet: sed certò credere, quicquid præcipitur, cœlesti sapiëntia plenum esse, quantumuis rationes contrariæ, vel à proprio iudicio, vel à spiritu maligno suggerantur. Atque in hoc saluberrimo documento maxima obedientiæ pars nostra est, quod idcirco fratres charissimi, vestris visceribus imprimatur exopto. Certè Abraham nihil causatus est, quando iussit Deus, vt vnigenitum, ac suauissimum filium suum immolaret, cum res & summè difficilis, & fortissimis rationibus aduersa videretur: sed

om-

omnia vicit præclarissimo obedientiæ
exemplo, quod monachi omnes diuinæ
auctoritati cedentes debent semper intu-
eri. Satis profectò est, Deum esse, qui per
Prælatum loquitur, vt sine discussione vl-
la, quicumque intellectus creaturarum
seipsum, multa diuinæ sapiëntiæ æstima-
tione submittat. Hoc igitur efficit: &
intellectum in captiuitatē omni mundi li-
bertate meliorem redigentes, promptis-
sima voluntate, quicquid præscribitur,
accipite. Si enim intellectus argumento
fidei flexus, & voluntas ab intellectu be-
nè cõposito directa concurrant, amplif-
simas obedientiæ victorias supra firmam
petram fundati celebrabitis. Et hæc
quidē de affectu rectè disponendo dixi.
Iam verò, si semel erga Prælatum intel-
lectu, ac voluntate benè affecti fueritis,
reliquum est, vt in obedientiæ execu-
tione, alacres, ac fideles sitis, alacres, hila-
rem vultum ad omnia paratum exhi-
bentes, prompti; nullam moram ad-
mittentes, fideles, syncerè, ad planissi-
mum verborum sensum iniuncta ob-
sequia præstantes. Quæ si, vt mo-
neo, à vobis fiant, eritis perfecti obedi-
entia

entiæ cultores: & ego Clementissimo Deo nostro vestræ obedientiæ sacrificium gratulabor.

At res hæc, cum ardua sit, utpote, quæ proprii iudicij, ac voluntatis abnegationem complectatur, fortasse sensus vester nuper ad scholam Iesu Christi vocatus difficultatē perhorrescet. Verum, dilectissimi fratres, ad grandia vocati, & sempiterna mercede gauisuri, ne terreamini; quin potius aduersus omnē arduitatē hisce rationibus erigimini. Prima ratio. Vos ipsi paulò antè in seculo, vel parentibus vel dominis obtemperabatis: cur ergo nimis arduum videatur Iesu Christo amantissimo Deo, patri, ac Domino nostro per Superiorem loquenti obtemperare? Neq; obstat, si dicatis: Nos in seculo, cernebamus parentes, ac dominos, à quibus expectabam⁹ bona; hic verò Iesum Christum minime cernimus, ac propterea eo solatio destitui videmur. Non inquam hoc obstat, quia videtis Superiores mites, in vestri curam incumbentes, qui maiora vobis bona, quàm domini, ac parentes proculdubio præstāt. Et quod ad Iesum
Chri-

Christum Saluatorē nostrum spectat, quid quæritis? An intempestiuè illum præsentem hisce corporeis oculis cer- nere? Quid si ille dignaretur vobis ap- parere, ac vobiscū versari? Rogo tunc, Quanam de causa læti obediretis? Re- spondebitis certè, si monasticè respon- dere velitis: Tunc, Pater, alacriter ob- temperaremus, quia certò cognoscere- mus, res à Christo nobis iniungi. Verū ex hoc ipso capite, vos ipsos ad obedi- endum Superioribus accingite. Certius enim vobis est, Deum vobis præcipere, quæ Superior eius Vicesgerens iniūgit, quam si Christus palam vobis appare- ret, ac præciperet. In ea quippe appariti- one, quamuis vera foret, prudens quis- que timeret, ne fortè falsa esset, iuxta cō- munem Sanctorum doctrinam, quæ de visis discernendis tradi solet: at dum Superior loquitur, nemo, nisi stultus ali- quis, ambigere potest, an Deus per eum loquatur. Considerate nunc rationis huius pondus: & quibus oculis Superi- orem intueri debeatis animaduertite. Profectò iisdem oculis eum, quibus Deum ipsum aspicere, & per eum om- nem

nem consolationem, lucem, robur, & bona cætera, quæ optatis, vos adepturos confidere debetis.

Secunda ratio . Vos ipsi dum in sæculo ageretur, nostis plerofquæ homines infœlices, durissima seruitute, ad nutum obedire, in rebus planè difficillimis; & per ipsam sterilem obedientiam suam, nihil solatij, vel salutis acquirere, immo contentis itineribus ad incendium sempiternum festinare. Perpédite, remiges ad triremes damnati seu bello capti, dato signo, quàm promptè, quàm perseveranter suis magistris obtemperent . Interrogate max, quid boni tunc obediendo conquirant, vel in futuro sæculo se paraturos sperent. Certè exploratum est, illos præsentis refrigerio carere : genusquæ vitæ, quam vulgo ducunt, persuadet, illos æterna fœlicitate carituros. Cur ergo asperum videatur, aut cur nõ suavisimum videatur vobis, sic obedientiam exercere, vt per leuia obsequia amanter vobis iniuncta, & in præsentis gaudeatis bonæ conscientie testimonio, & multiplici Dei solatio, & post exactum mortalis vite tempus, coronas æternas

ternas infinitæ consolationis plenas accipiatis? Profectò nihil excusationis prætexere potestis: nisi fortè aliquis vestrum amore proprio excæcatus dicat, se non esse cū remigibus, aut seruis bello captis cōparandum. Etenim, qui hoc prætexit, cæcus est: Si enim vel vnus peccati mortalis in sæculo admissi conscientia pungat, consideret opus est, se perpetuā non triemiū, sed Tartari seruitutem commeruisse. Benè ergo cum eo agitur, si obedientiæ argumentum remiges, ac mancipia proponantur.

Tertia ratio. Omnes, qui in causa salutis æternæ prudenter agere cupiunt, nihil impensius optant, quàm inter vitæ mortalis varietates, in portum recto cursu deduci. Oceanus enim quidam est, vita præsens, innumeris erroribus, ac difficultatibus, quasi incretis aquarum voluminibus obnoxia. Cùm ergo perspectum sit, virum obedientem, dum obtemperat, quicquid patiat, quicquid fluctuet, rectum cursum tenere, nec posse seduci; incredibile videtur, aliquè salutis æternæ desiderio teneri, & in tutissimum obediētæ cultū

non

non diligenter incumbere.

Quid ultra à me reposcitis, dilectissimi fratres, qui ad patriam per varios fluctus nauigatis? In hoc verbo instaurantur omnia: Obedite Præpositis vestris. Veneramini illos, quia Dei personam gerunt, amate illos, quia bonum vestrum strenuissimè procurant. Incumbite in opus obedientiæ Deo acceptissimum, vobisque saluberrimum. Incedite per sublimem, tutamque viam, quam factus obediens à præsepio, vsque ad Crucem confecit Iesus Christus Dominus Noster, qui vos, precor, obedientiæ suæ cõsortes efficiat.

Exhortatio ad cultum paupertatis.

DE Apostolicæ paupertatis cultu dicturus, charissimi fratres, vellem ego Iesu Christi paupertatem prædicantis sensum & assequi, & vobis imprimere. Res certè sublimis, & à prudentia huius sæculi longè remota est: ac propterea à minimè mirandum, si sapientes mundi lateat, & paruulis reuelata sit. In hoc præsertim capite, Christi sententia, à mundi opinione longissimè discrepat.

crepat. Mundus quippe diuites beatos appellat: sed Dei Sapientia dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Ab hac ergo Redemptoris Nostri sententia ducam ego sermonis initium; simulq; vos monebo, veritatem hanc à tãto præceptore prolatam non modò firmissime credatis, verùm & sentire conemini: Ut scilicet altè percipiatis, verũ proculdubio esse, paupertates cultores esse beatos: ac per hoc Apostolicæ paupertatis dignitatẽ, & sublimitatẽ & ametis & admiremini. Verũ est certe, per contẽptum diuitiarũ, & cõmoditatum, animum hominis Christiani, in quandã altitudinẽ mentis extolli, quæ cœlo contigua videtur: ac experimento ediscere, paupertatẽ Apostolicã genus quoddã beatitudinis esse, futuræ ac perfectæ fœlicitati finitimũ. Iam ergo, cùm vos, quemadmodum & ceteri homines, in beatitudinẽ suspiratis, æquũ erit, ostensam beatitudinis viã diligatis, atq; sectemini. Neque ad rem hãc extrinsecus affixis argumētis indigebo, cũ satis iam, ex præuia Iesu Christi gratia, & electione, è numero illorũ, qui per

per os Petri dixerunt: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumuste. Certè, ex quo spreto sæculo, ad Religionis montem ascendistis, reliquistis omnia, nisi forte aliquis Ananias inter vos Spiritui sancto ficta renuntiatione mentitus sit. Spero autem neminem adesse, cui non placeat omnia reliquisse. Quocirca de affectu repurgando, & proinde de perfectiore paupertatis cultura vos instruere pergam.

Pono in primis, culturam hanc non in ipsa rerum temporalium priuatione potissimum consistere. Nostis enim, plurimos, extra claustrum hoc, maiorem, quàm vos, victus, vestium, reliquarumq; rerum penuriam pati; cuiusmodi sunt, qui laceri, & ægroti ostiatim panem mendicant: quos tamen non recensemus in agmine illo selecto, virorum fortium, qui paupertatem Iesu Christi colunt. Necessitas quippe ibi vrget; sed in Christianæ paupertatis cultu electio, spiritusq; laudatur. Quapropter si Christum ab infantia pauperem imitari seriò cupitis, spiritum à vobis, hoc est, voluntatem affectumve requiro:

ui-
 ex
 on-
 nifi
 itui
 fit
 con
 de
 er-
 in-
 on
 ne
 m,
 o-
 ia-
 if-
 m
 e-
 o-
 fu
 bi
 is
 a-
 e-
 r-
 e-
 o:

quiro: vt scilicet oderitis opes & corpo-
 ris commoditates, & sanctorum inopiã
 omni auro pretiosiore toto corde se-
 detemini. Percipite quæ hortor, dilectis-
 simi fratres, & in sapientiam hanc mun-
 do altiore affurgite. Placeat vobis
 doctrina hæc abscondita, quæ cordis li-
 bertatē, ac desideria cœlestia, sub laceris
 vestibus & mūdi despectu creat: & mo-
 dum illius exercēdæ, in schola humiliū
 ediscite. Ne probetis sententiam mo-
 nachi apparenter spiritualis, qui nihil si-
 bi deesse cupit, & se pauperam idē exi-
 stimat, quod superflua minimē requi-
 rat. Profectō sententia hæc Iesu Christi
 Dei, ac Domini Nostri sententiæ parūm
 congruit. Si enim necessaria suppetauit,
 quomodo cultura paupertatis exerce-
 tur? Certe Principes orbis terrarū, hoc
 genus paupertatis colūt, si mediocriter
 pij sint: nam superflua non coaceruant:
 sed quæ personis, statuiquē superflu-
 unt, in vsus pios impendunt. Quamo-
 brē mirū est, Apostolicos pauperes esse
 velle, qui superflua solūmodo reijciūt.
 Attēdite, quæ dico. Ille verus pauperta-
 tis cultor est, qui necessaria sibi deesse
 non

non modò patienter fert, verùm & cupit. Ille verus Christi pauper est, qui rebus necessarijs sibi oblati, viliores, minusque commodas seligit. Ille serio paupertatem Apostolicam diligit, qui occasiones captat, vt victus, vestes, lectus, & alia, quæ inter necessaria recensentur, inopiam, & derelictionem representent. Atque hæc ipsa ratio est, ob quam veri mundi contemptores à Superioribus instanter efflagitant, vt ea, quæ alij Religiosi tanquam inutilia deponunt, ipsis ad vsum tribuant: mirumque dictum est, quam foeliciter in claustris ea exercitatione proficiant. Hæc est schola Iesu Christi Crucifixi, qui non habuit, vbi caput reclinaret. Hæc est eruditio illorum, qui gradiuntur, per arctam viam, quæ ducit ad vitam. Hæc est hæreditas fortium, qui regnum cœlorum rapere, omnibus mundi ponderibus exonerati festinant.

Veruntamen, vt rem tantam, qua decet animi alacritate aggrediamini, subiectas rationes æqua lance ponderare.

Prima ratio. Quod ad res ipsas pertinet, omnes, quotquot adestis, reliquistis omnia:

omnia: neque enim in claustrum quicquam intulistis, quo vteremini: sed nudum nudum Christum sequi cœpistis. Si ergo res non habetis, quas Deo inspirante respiciatis: quis non videat, extremam dementiam esse, deprauato affectu, res tēporales voluntate repetere? Corpus quippe omnino caret ijs rebus, & animus immoderatē illas appetendo turpiter, & inutiliter errat. Neque rationis huius vis ad ea bona temporalia, quę in sæculo neglexistis, tantum modò pertinet: in ipso enim claustro, per occasiones plurimas exercenda est. Solēt enim monachi tantundem affectus, in rebus planè vilissimis, quas intra claustrum habere se posse, confidunt, puta in Breuiario, seu veste rudi collocare, quantū in amplo patriminio in sæculo posuissent: quod sanè incredibilis stultitię genus est. Rationis ergo vis omnia refecat: nam neque ex ijs, quę in sæculo reliquistis, neque ex ijs, quę in claustro sunt, à veris Christi pauperibus, quicquam optandum est: quandoquidem omnia primo renuntiationis sacrificio abdicata sunt: & nihil sub arbitrio vestro remansit.

mansit, quod optare, vel vsurpare possitis.

Secundaratio. Nemo ex vobis est, qui primæ inspirationis calore concepto Iesu Christo, ex toto corde seruite non omnino constituerit. Cùm ergo exploratũ sit, vos id propositũ, vt par est, explere nõ posse, si affectũ rebus tẽporalibus hærere sinatis, proculdubiõ eni debetis, vt cor neq; reb⁹ in sæculo relictis, neque ijs, quæ status noster concedit, adhæreat. Perspicua certè mensuratio est; quia scilicet tantũ amoris Deo adimitur, quantũ in re quauis immodicè collocatur, iuxta illud effatur Augustini: Minuste amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te nõ amat. Considerate ergo, quam sit infœlix commutatio, affectum, qui Deo totũ affigi deberet, in veste, exempli gratia, vel libro, vel lecto, vel cibo degere.

Tertiaratio, Tempus breue est: præterit enim, vt cernitis, figura huius mũdi. In breui verò temporis periodo, lógumiter conficiendum est. Proptereà quippe Iesus Christus, pauperum exemplar exul

exultavit vt gigas ad currendam viam.
 Quomodo ergo nudum, & currentem
 sequi poteritis vestiti, & onerati? Pon-
 dus rationis huius ab exemplo tanto
 petitum innumeros imitatores, egētes,
 angustiātos, afflictos, ad scholam Nostri
 Redemptoris perduxit: qui circuierunt
 orbem in melotis, & pellius caprinis,
 quique in solitudinibus errantes, vel in
 montibus & speluncis, atque cauernis
 terræ omni solatio destituti, latentes
 maluerunt omni mundi refrigerio ca-
 rere, quam cor rerum caducarum sol-
 litudine anxium, à libertate filiorum
 Dei, & studio æternorum bonorum a-
 uertere.

Et vos ergo, dilectissimi fratres, tantam
 habentes impositam nubem testium,
 per patientiam austeræ disciplinæ, quæ
 magnam habet remunerationem, de-
 ponentes omne pondus rerum, quibus
 animus prægrauatur, currite ad opes
 æternas, & breui exercitio Apostolicæ
 paupertatis immensa gaudia compara-
 te. Ne sequamini vana consilia diuitis il-
 lius, qui epulabatur quotidie, splendide,
 & in terris thesauros suos recondebat.

Sequimini potius consiliū Lazari fame-
lici, & laceri ac vlceribus pleni; & per
vias duras incōmoditatū, ac laborū, qui
sunt dulcissimæ paupertatis cōmites, ad
requiem in sinu Abrahamæ vobis paratam
properate. Quod Iesus Christus Noster
vobis, oro, concedat.

Exhortatio ad cultum humilitatis.

SI linguis hominum loquar, & An-
gelorum, charissimi fratres, humilita-
tis altitudinem, ac suauitatem, quam Ie-
sus Christus D. N. mitissimo magisterio
docuit, non æquabo. Habet enim pro-
funditatem quandam cœlestis virtutis
hæc, filij Dei exemplo, mirificè confir-
mata, qua omnis sapientia, & omnis Sa-
ctorum eloquentia vincitur, & velut in
mari magno, ac spatiofo mergitur.
Quocirca vellem ego, vt solo humilita-
tis nomine audito, diuinum quiddam
licet incognitum æstimaretis, & pretio-
sissimi thesauri desiderio teneremini
quemadmodum purissimum aurum
terræ visceribus occultatum solare rei fa-
rus, f

ne
per
qui
ad
tam
ster

ma permoti, non certè visum, sed
auditum filii huius sæculi ardentissime
cupiunt, & per discrimina multa, ter-
ra marique perquirunt. Neque mirum
vobis videatur, si hoc sermonis initio,
hanc humilitatis æstimationem, sine ar-
gumentis requiram: Credo enim, ne-
minem inter vos esse, qui tantæ virtutis
præconia non audierit, vel expressa
saltem Evangelij verba, quibus Iesus
Christus sapientia nostra, illam com-
mendavit, non animadvertit. Necessè
quippe est, quod Dei Sapientia tam
scid ac sape prædicavit, magnum
quiddam esse; ac ex eo ipso, magni à
vobis, quemadmodum à cæteris diui-
næ sapientiæ æstimatoribus faciendum
est. Quod si nosse cupitis, qua ratione
incognitam humilitatis magnitudinem
maximi facere valeatis, memineritis,
quàm sint quotidiana argumenta, quæ
humiles animos maximi à Deo fieri per-
suadent. Ab hoc quippe effectu de re ab-
scondita iudicium ferre valebitis. Pro-
fectò à sæculo non est auditū, quod vir
aliquis, quantumvis flagitiosus, ac du-
rus, se ex animo demitteret, quem Cle-

mentissimus Deus non statim amaret. Sic seruus ille nequam statim ac proci-
dit ad pedes Regis, sic filius prodigus,
statim ac demisso corde Patrem appel-
lauit, sic publicanus ille, statim ac demis-
sis oculis se cœpir accusare, inter dulce-
simos Dei amicos admissi sunt. Quod
proculdubio non ita contingeret, nisi
ea esset humilitatis gratia, qua Dei con-
euestigiò capereretur, & cuius sacrificio
impensè delectaretur, Quapropter di-
uini oraculis admonitus, charissim
fratres, omnium, quæ in sæculo com-
misistis errorum veniam, & faustum
nouæ vitæ nouæq; felicitatis exordium.
Christi nomine vobis ego polliceor, &
inter mansuetos filij Dei discipulos sub-
limissimam humilitatis virtutem om-
nibus regnis, & honoribus antepone-
re ac de illa paranda seriò cogitare incipia-
tis. Capite quæ dico: & multis desideria
me dicentem comitami. Existimo
enim animos vestros benè comparatos
optare iam modum virtutis huius ac-
quirendæ cognoscere, sine quo deside-
ria quantumuis magna euanescerent.
Modum ergo hunc accipite.

Ex communi Sanctorum doctrina
 scire debetis, duo ad cultum humilitatis
 exercendum requiri: vnum propriæ
 fragilitatis cognitio, alterum recta vo-
 luntatis affectio est. Primum per fre-
 quentes propriæ ignorantia, vanitatis,
 inconstantia, & commissorum præser-
 tim peccatorum meditationes, cum præ-
 senti Dei ope cõquiritur. Debetis quip-
 pe ex ijs capitibus, quæ hominem con-
 temptibilem efficiunt, certo credere,
 vos omni despectu planè dignos esse:
 Nam vt cætera præteream, qui vel vni-
 us peccati lethalis conscius est, scit pro-
 fecto se æterno contemptu dignum fu-
 isse, neque certo scit, an ab eo statu per-
 petuæ infamiae obnoxio resurrexerit:
 præterquã quod tametsi id certò sciret,
 vel ex ipsa Dei clementia, vilia de se co-
 gitare deberet, vtpote, cui æterna infam-
 ia condonata fuisset: timereq; debe-
 ret, ne, si altum saperet, in despectum sempi-
 ternum relabi sineretur. Atque ex huius
 rei meditatione, veri monachi, velut à
 supplicio & captiuitate redèpti, se qua-
 si seruos emptitios reliquorum gerunt,
 & cæteros omnes, quos meliores esse

Credūt, quasi dominos, ac honore multo dignos nutibus, verbis, & actibus venerantur: quæ pars magna scholæ Iesu Christi est: quam vos fratres mei cupidissime discite, ac in dies singulos, vestrarum culparū experientia in cognitionis propriæ gymnasio proficite. Sæpe quippe, si vigilanter agatis, experiemini vos ignaros, inertes, ignavos, inconstantes, infideles, & tot culpis obligatos, ut facile perspiciatis, vos ab alijs pronihilo ducendos esse.

Iam verò ut ad secundum, quod ad humilitatis cultum requiri asseruimus, accedamus, consideretis oportet, non satis esse, si quis se contemptu dignum cognoscat, nisi voluntate benè affecta se contemni omnino velit. Nam & latrones, & homicidæ se patibulo, & infamia dignos proculdubio censent: ac malè torqueri, ac despici diligentissime refugiunt. Quocirca illud à vobis exopto, si Iesu Christi scholaplaçet, ut què admodum in cognitione propria ita in serua voluntate patienter ferendū ac exquirendū contèptū plurimūm operæ collocetis. Disertè dixi, patienter ferendū

rendi, ac exquirendi, quia nouelli mili-
 tes, quales estis vos, gradus humilitatis
 internoscere debet. Laudabile est quip-
 peseruorum Christi exercitium, quo
 illatum non verò quæsitum despectum
 patienter ferunt, licet initio certaminis
 non sine mœsticia ferant: verum ma-
 ior multò laus est, non modò oblatas
 contemptus occasiones equo animo to-
 lerare, sed occasiones ipsas perquirere,
 & à Superioribus postulare: ac denique
 summa laus est, siue oblati, siue ex-
 quisitis occasionibus, despectu gau-
 dere, quod est signum animi planè for-
 tissimi.

Ad hanc igitur gloriam, charissimi fra-
 tres mei, totis viribus aspirate, omne il-
 lud è quo existimatio vestri oriri possit,
 accuratissimè celantes, illud verò, vnde
 contemptus enascitur, viriliter detege-
 re parati. Estote fortes in bello, & sicut
 ciues Babylonis, hoc est filij huius
 sæculi à suis Principibus primos ho-
 nores ambiunt; ita vos à Superioribus
 vestris iuxta Christi consilium locum
 per omnia postremum requirite; vt nē-
 pe, verbis, & actibus vos tanquàm vita-

indignos exerceant, & ad humillima
obsequia designent.

At, quia res difficultate non vacat, sub-
iectas rationes, quibus animum robo-
retis, expendite.

Prima ratio. Noui ego, vos omnes æ-
terni honoris, & gloriæ desiderio tene-
ri. Scitis enim ijs, qui omnia reliquerunt,
& Christum secuti sunt, sedes honorificē-
tissimas in regeneratione promissas,
quarum desiderium vestris animis altè vt o-
pinor, insedit. Ea quippe promissio mo-
nachis claustra replet, deserta Anacho-
ritis: æquumque mihi videtur, vt ad hono-
rem tantum ab ipso Deo propositum stu-
dia, & conatus vestros dirigatis. Agite:
dirigite fortiter. Verum eius honoris
viam (quam pauciorunt) attendite.
Etenim si à Iesu Christo, cui comperta
via est, sciscitemini, qua via in sedes glo-
riæ sic eundum, respondebit: Omnis qui
se humiliat, exaltabitur. Et mirum est sa-
nè, cum Dei Sapiencia tam disertè rem
prædicauerit, homines, qui sunt hono-
ris cupidissimi, ad honorem permansurum
ostensa, sibi via consequendum minimè
moueri. Sed quicquid alij sapiant, Vos
æternæ gloriæ candidati, hac via proce-
dite,

ate.
per
Sec
nos
tes,
qui
tum
ab v
detr
rari
quia
nibu
que
Ia a
de h
terq
rum
tanc
attr
succ
dan
dul
ani
est,
Re
fim
re
de

élite, & paucorum sapientum, qui eam
percurrerunt, vestigijs insistite.

Secūda ratio. Nō modò honores æter-
nos hac via cōparabitis, verū & præfen-
tes, eosq; sanè maximos. Experientia
quippe constat, eos qui mundi cōtemp-
tum studiofissimè inquirunt, versa vice,
ab vniuersis hominibus, absq; vllis inui-
dētix, vel malevolentix stimulis, hono-
rari. Cuius certè experientix ratio est,
quia cum ab omnibus amentur, ab om-
nibus honore afficiuntur. Facile. n. quis-
que honorat, quē amore prosequitur.
Iā autē testatissimum est, homines cor-
de humiles ab omnibus amari: nā (præ-
terquā quòd nullam alijs molestiā infe-
runt, immò, quæ alijs molesta sunt, sibi
tanquam molestia, & contemptu dignis
attribuūt, vnde pax multa, charitasquē
succrescit,) habet cor humile vim quan-
dam humanæ feritatis domitricem, &
dulcissimo quodam imperio omnium
animis dominatur. Atque hæc ipsa ratio
est, ob quam in monachorum claustris,
Religiosi humiles ab omnibus ardētis-
simè amantur, & cum ipsis verba face-
re, ac diutissimè vitam agere vniuersi
desiderāt. Patet ergo quotidiano experi-
mento

mento ad præsentis vitæ honores parados, & animos conciliandos humilitatis cultum appositissimum esse.

Tertia ratio. Animi studio humilitatis addicti, vnà cū merito cumulatissimæ futuræ gloriæ, habēt in præsentī intimæ & copiosissima gaudia omnibus mundi honoribus, & regnis anteponenda. Nouit hoc Dauid, qui erat humillimus corde quādo exutus, & iudicio mundi despectui habendus, præ magnitudine lætitiæ saltauit totis viribus coram arca fœderis Domini, & iurauit, fore se humilem in oculis suis. Nouit hoc Franciscus vniuersi pauper, & modicus, cū quo Iesus Christus quasi luctabatur, vt eum summe lætitiæ sensu repletet, dū enitebatur ille se vniuersorum hominū vilissimū publicare. Certè in re hac absconditæ mundi sapiētibus, ac de virtute propriæ præsumētibus, solis paruulis, quasi testibus incorruptis credendum est. Et vos ergo, dilectissimi fratres, tot tantorūq; bonorū desiderio incēsi, in suauissime virtutis huius cultum incūbite: & per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, per medias contumelias, & honores, ad cōsortium humillimæ

Ies^u

Iesu Christi Redemptoris nostri suspi-
rate. Quod ipse, precor, vobis concede-
re dignetur.

Ecce tria exhortationū exēpla, quæ Ma-
gistro satis fore censemus vt ad formā
hanc, cæteras ipse coaptet. Neque in hoc
loco plura à nobis requirēda sunt, cum
in Instructiōe Nouitiorum, quā nuper
edidimus, ita de singulis virtutibus ad
claustrī disciplinam spectantibus diser-
tum sit; vt verbis paucis immutatis, ca-
pita singula, totidē exhortationes sint,
quibus Magister nō absq; fructu vti pos-
sit. Secuimus quippe capita singula in
partestres, quarū prima virtutis cuiusq;
honestatem ac dignitatem ostendit, se-
cunda illius parandæ rationem per act^o
internos externosq; præscribit, tertia
rationes ad animos vrgēdos producit.
Prima delectat, secūda docet, tertia mo-
uet: ac proinde, quicquid ad rem hanc
pertinere videtur, illic complexi su-
mus.

*D. N. Iesu Christo, ac Beatissima Virgini
Maria, laus sempiterna.*

INDEX

CAPITULO TIVS INSTRUCTIONIS.

PARS PRIMA, DE MA- gistri virtutibus.

Cap. 1.	DE humilitate.	pag. 1.
Cap. 2.	DE mansuetudine.	2
Cap. 3.	DE charitate.	15
Cap. 4.	DE zelo.	27
Cap. 5.	DE oratione, & studio rerum diuina- rum.	37
Cap. 6.	DE lectione, & Catalogo librorum.	41

PARS SECUNDA, De Magistri prudentia.

Cap. 1.	DE prudentia in commune.	46
Cap. 2.	DE prudentia erga Nouitios om- nes recenter indutos.	50
Cap. 3.	DE prudentia erga Nouitios pueros, vel adolefcentes.	56
Cap. 4.	DE prudentia erga Nouitios maiores nati.	59
Cap. 5.	DE prudentia erga viros graues in Re- ligionem ingressos.	61
Cap. 6.	DE prudentia erga Nouitios doctrina praestantes.	63
Cap. 7.	DE prudentia in directione spirituum.	66
Cap. 8.		

CAPITVM.

Cap. 8. De prudentia in experiendis Nouitijs.

73

Cap. 9. De prudentia erga Nouitios tentationibus vexatos.

77

Cap. 10. De prudentia in officijs iniungendis.

81

Cap. 11. De prudentia in recreatione Nouitiorum.

83

Cap. 12. De prudentia ad perfectionem Nouitiorum promouendam.

90

PARS TERTIA,

De Doctrina Nouitijs tradenda.

Cap. 1. **D**E communibus doctrinae capitibus

106

Cap. 2. De modo doctrinae tradendae, siue de methodo exhortationum.

110

Cap. 3. De diuersis exhortationum modis.

114

Cap. 4. De scopo exhortationum, & via, quae Nouitij ordinariè ducendi sunt.

118

Cap. 5. De regulis in exhortatione obseruandis.

120

Cap. 6. De exigenda ratione exhortationum.

123

Cap. 7. De distributione exhortationum, ac tempore exhortationi praefigendo.

125

Cap. 8. De catalogo eorum, quae à Magistro docenda sunt, cum subiectis annotationibus.

129

Cap. 9.

INDEX

Cap. 9. De ijs, quæ in educatione Nouitiorum præsertim cauenda sunt. 137

PARS QUARTA.

De exercitijs, & varia Nouitiorum disciplina.

- Cap. 1. **D**E electione, ac exercitio virtutis menstruæ. 143
- Cap. 2. De virtutis delectu hebdomadas. 145
- Cap. 3. De Spiritualibus Nouitiorum exercitijs, & præparatione ad professionem 147
- Cap. 4. De exercitijs ante sanctiora tempora fieri solitis. 149
- Cap. 5. De officijs ad Nouitiatum spectantibus iniungendis. 150
- Cap. 6. De exercitio mortificationis, ac paupertatis alendæ. 151
- Cap. 7. De exercitijs in recreationis loco, ac tempore fieri solitis. 152
- Cap. 8. De exercitijs ad valetudinem conferentibus. 154
- Cap. 9. De Instructione Nouitiorum, quoad obsequia multa quotidiana. 156
- Cap. 10. De visitatione cellarum. 157
- Cap. 11. De fidelitate Magistri erga Religionem in Nouitijs probandis, aut reprobandis. 159
- Cap. 12. De acclamationibus virtutum, & anathematismis vitiorum. 161
- Cap. 13. De Magistri adhortatione. 165

Appendix

CAPITVM.

Appendix de cura Magistri
erga professos.

Cap. 1. **D**E cultu recenter professorum. 168

Cap. 2. **D**E Instructione fratrum profes-
sorum, qui foras mittuntur. 170

Cap. 3. De Instructione fratrum professorum,
qui ad officia designantur. 172

Cap. 4. De spirituali professorum Instructio-
ne. 173

Cap. 5. De Instructione professorum, qui è
Nouitiatu in alia Cœnobia migrant. 176

*Admonitio Magistri quoad
exhortationes.*

EXhortatio ad cultum obedientiæ. 180

EXhortatio ad cultum paupertatis. 188

EXhortatio ad cultum humilitatis. 196

INDEX

INDEX RE- RVM IN HOC LIBEL- LO CONTENTARVM.

Prior numerus paginam, secun-
dus numerum indicat.

Ad actum supernaturale nõ quodcunque, sed
eximium Dei auxilium requiritur. pag.
4 nu 6.

C.

Cellas nouitiorum Magister visitet, & ea-
rum munditiem moneat. 157 n.1 & 2

Certamina spiritualia non omittenda. 117. n. 3

Charitas duos actus producit. 15. n. 1

Charitatis erga proximos nouitiorum magistrũ
studiosissimum esse oportet. 16. n. 4

Christus magistri nouitiorum verum exemplar.
9. n. 2

Conuersatio dulcis ad moderandos aliorum ani-
mos summoperè necessaria. 12. n. 5.

Quomodo cum grauitate temperanda. 48 n. 5

In Culparum correptione qualiter se gerere de-
beat Magister. 16 n. 3. 27. n. 6.

Culparum grauitas unde dimetienda. 27. n. 6

Nouitiorum culpa quandoque dissimulanda. 48.
nu. 6

D.

Diligendii nouitios modus magistro prescribi-
tur. 15. n. 1. & seq.

Disco.

RERVM.

- Disciplina regularis intermissiones aliquando
Novitijs indulgenda,* 55. num. 8
Quos fructus indulgentia hac pariat, ibidem.
Doctrina prae datus Magister esse debet, 106. nu. 2
Doctrina novitijs tradenda qualis esse debeat,
107. n. 3
Doctrina novitijs tradenda varia capita, 129

E.

- Exercitia quadam ante sanctiora tempora fa-
cienda,* 144. n. 3. & 149. n. 1
Exhortationum methodus, 110. n. 1
Exhortationis faciendae varij modi, 114. n. 1
Exhortationum regula, 120. n. 1
*Exhortationum ratione Magister à novitijs exi-
gere debet,* 123. num. 2
Exhortationum distributio, 125. n. 1. & se.
Exhortationis tempus, 127. n. 4

G.

- Morum Gravitas quomodo à Magistro cum
dulcedine conversationis temperanda,*
48. n. 5

H.

- Humilitas virtutum caterarum fundamen-
tum,* 1. nu. 1
*Operam perdit Magister novitiorum, nisi humi-
lis esse studuerit,* 2. num. 3
*Oratio à novitiorum Magistro pro humilitate
recitanda,* 8. n. 9

I.

- Incipientibus minima etiam culpa, quae proue-
dit non admodum nocerent, perniciofa,* 32. n. 10
Instic.

INDEX

*Instituti proprii observatio à Magistro novitijs
sepe inc. Icanda.* 34. n. 2

Instructio novitiorum quoad exercitia quotidiana. 137. n. 1. & seq.

*Ira in Magistro novitiorum multa, & immensa
damna parit.* 12. n. 5.

L.

Lectionis pie multiplex fructus. 42. n. 2

Librorum quibus presertim uti debet novitiorum Magister cathalogus. 44. n. 6

M.

Magistrum novitiorum diuino lumine illustrari oportet, si magisterij partes explere debet. 2. n. 2

Magistro novitiorum tria presertim observanda sunt. 6. n. 8

Magister priusquam novitios mortificationibus exercent, se illis beneuolum ostendat. 53. n. 5.

Magistro doctrina supernaturalis, & exemplum apprimè necessaria. 8. nu. 1

Magistri functio operosissima. 10. n. 4.

Sine insigni mansuetudine Magister utiliter preesse nequit. 13. n. 6

Singularem erga aliquem dilectionem alijs non ostendat Magister. 18. nu. 7

A Magistro cum perturbatur correctio proroganda, 29. n. 9

Curas omnes ab officio suo alienas Magister abijcere debet, & in illud omnes vires conferre, 35. n. 14.

Magi-

RERVM.

Magister Patres doctrina spirituque prouectos se-
pe consulere debet. 47. n. 2

Qualiter se gerere debeat Magister erga Nouitios
pueros. vel adolescentes. 56. n. 1. & seq.

Qualiter erga nouitios maiores natu. 59. n. 1

Qualiter erga viros graues. 62. n. 2

Quomodo erga viros doctrina insignes. 63. n. 1.

Quomodo erga tentatos. 77. n. 1

Singulis annis scrutinium quoddam nouitiorum
à Magistro faciendum, & cognitio singulorum
passionibus, apta remedia adhibenda tradun-
tur. 94. n. 5

Mala quadam à nouitijs exterminanda. 137. n. 1.
& seq.

Mortificationis exercitium qualiter alere debeat
magister. ibid.

Eius erga Religionem fidelitas, in nouitijs pro-
bandis, vel reprobandis, quanta esse debeat
159. n. 1

N.

Nouitijs insigni amoris significatione Magi-
ster siue valeant, siue agrotent, semper
adsit. 21. n. 12.

Nouitij grauia tentamenta Magistro reuelantes
qualiter ab ipso excipiendi. 25. n. 15.

Nouitijs una sua Religionis disciplina omnibus
alijs anteponenda. 34. n. 12

Nouitij sine magistri consilio cuiuslibet librorum
quantumuis probatorum doctrina nullate-
nus adhereant. 45. n. 8

Nouiti-

INDEX

- Novitij recenter ingressi duobus praesertim consi-
lijs erudiendi, 51.n.1*
- In novitiorum ingenio, & spiritu explorando plu-
rimum opera Magistro ponendum, 49.n.8 &
66.n.2. & seq.*
- Novitiorum spiritus quomodo à Magistro dirigi-
dus, 67.n.1*
- Novitij à Magistro prudenter experiendi, 73.n.1*
- Novitijs maiora, quàm qua Religio praescribit, pra-
standa sunt, è Magistri consilio, 91.n.3*
- Qua via ordinariè ducendi sint, 118.n.1*

- O
- Obedientiam suadet, 181*
- Obedientia est opus fidei, 181*
- Obedientia regularis cùm seculari confertur, 186*
- Obediens verus seduci non potest, 187*
- Officia domestica qua prudentia novitijs inun-
genda sint, 81.n.3*
- Oratio à novitiorum magistro pro humilitate re-
citanda, 8.n.3*
- Orationis studio magistrum deditissimum esse oportere
multis rationibus probatur, 37.n.1*

- P
- Paupertatem rationibus suadet, 181*
- Paupertas nõ est ubi nihil necessarij deest, 181*
- Paupertatis verus cultor quinam sit, 181*
- Paupertatis amorem in novitijs Magister alere
debet, 124.num.3*
- Preparatio ad professionem, 147.n.3. & 4*
- Professorum fratrum qui foras mittuntur instru-
tio, in appendice, 171.n.3*

Recente

RERVM.

Recente Professor magister cultura non destitua-
at, 168

Professorum qui ad officia destinantur instructio,
172

Prudentia nouitiorū in vno Magistro collocāda est,
46 n.1

R

IN Recreatione nouitiorum cū ordinaria, tūm
extraordinaria quomodo Magister se gerere
debeat, 83.nu.1

In Recreatione culpa perquam raro corripienda,
86.n.7

V

Verba Magistri suauia esse oportet, 20.n.10
Virtutum progressum in nouitijs quib⁹ me-
dijs posse promouere Magister, 93.n.4

Virtus vna per singulos menses à Nouitijs cōmu-
niter eligenda, 143 num.1

Virtutem vnā per singulas hebdomadas singuli
sibi eligent, 145.n.1

Virtutū acclamationes vitiorūq; anathematif-
mi, 161.num.2

Z


Zelus quid sit, 27.nu.1
Amoris effectus est, ibidem

Diuino Zelo Magister astuare debet, ib.n.2
Eius potissimus fructus quinam, ibid.


Zeli erga Nouitios exercendi capita tria, 29 n.5


Zeli proprium munus quodnam sit, 33.nu.11


LAVS DEO Virginiq; MATRI.




ni
ti
2
a
re
pe
ar
3
co
ri
ge
n
d
st
4
te
le









Th
2844